
3.00 L. VZ w fine portrait of Lochner
+ 40 ~~many plates~~
folding plates

cil



RARIORA
MVSEI BESLERIANI
quae olim
BASILIVS
et
MICHAEL RVPERTVS
BESLERI
collegerunt,
AENEISQVE TABVLIS AD VIVVM
INCISA EVVLGARVNT:
nunc commentariolo illuſtrata
JOHANNE HENRICO
LOCHNERO,
VT VIRTVTI TOY MAKARITOY
EXSTARET MONVMENTVM, DENVO LVCI
PVBLICAE COMMISIT ET LAVDATIONEM EJVS
FVNEBREM ADJECIT
maeſtiſſimus Parens
MICHAEL FRIDERICVS
LOCHNERVS
ARCHIATER CAES. ACAD. LEO-
POLD. CAROL. NAT. CVR. EPHEM.
DIRECTOR.

ANNO O. R. M DCC XVI.





MVSEI BESLERIANI haec RARIORA, aeneis tantum Tabulis in lucem edita, cur nunc addita descriptione, ne mancum semiperfectumque amplius foret opusculum, denuo prodeat, *BENEVOLE LECTOR*, non sine ingentis doloris renovatione paucis accipe. Capiebatur Filius heu! quondam meus unicus, a prima statim studiis apta Juventute, ut librorum et liberalium artium, ita maxime Historiae naturalis amore, ad quam ab Auctoribus, qui in supellectile mea libraria, pro modulo tenuitatis meae supersunt rariores, elegantissimisque figuris aeri incisis instructi, magis magisque alliciebatur. Auxerat praeterea in studio hoc progressus Theca officinalibus uti vocant referta, majoraque desuper incrementa eidem dederat consortium, quod cum commilitone contraxit, Juvene ad optima quaeque nato, ac omnibus animi formaeque dotibus instructissimo, *Engellandio Juniore*, cujus *Parens Basilii Besleri Museum*, ad se haereditatis jure devolutum possidet, Amicorum, quos a prima statim aetate mihi conciliaveram, certissimus. Occasio hinc illi nata, toties de rarioribus hoc in Museo contentis differendi, et quorum hactenus in aeneis tabulis viderat tantum ectypa, prototypa nunc inspiciendi. Audiverat me olim circa Praxeos medicae initia, nudis his Tabulis, a tot Viris doctissimis expetitam descriptionem destinasse, cumque ob tot Praxeos catenata certe impedimenta me praepeditum cerneret, se manum huic labori admovere velle, spopondit. Repressi primitus hos juveniles praecocesque impetus, ast quoties, illo acrius instante, onus humeris ejus minime ferendum praedicerem, toties enixissimis precibus obstabat, meamque ad hoc opus perficiendum implorabat opem operamque. Lacessitus tot precibus, victus tandem, ne igniculos erga studium elegantissimum restinguerem, sed nutrirem potius, magisque resuscitarem, me tandem exorare passus sum. Detexi ipsi fontes Historiae naturalis in Bibliothecula mea exstantes, et quae jam olim circa Clinices primordia, de his Beslerianis Rarioribus schedis illeveram confusaneis, ipsi porrigo. Meminisse dolet, imo horret animus, quo perfusus gaudio has

lacinias exceperit, tanquam futura prima hujus opuſculi rudimenta. Collectis quotidie ex variis Auctoribus optimis ſubſidiis, crevit ſub manibus, in hanc quam cernis molem. Noricas tandem cum Vitebergenſibus Muſis commutaturus, hoc quicquid eſt, mihi reliquit, ulterius in itineribus per Belgium, Angliam Galliasque tandem ſuſcipiendis, locupletaturus, ultimamque in reditu limam et manum cum DEO et die admoturus. Sed ſpes hominum fallaces! Numini etenim placuit iter in Patriam ipſi coeleſtem imperare, ut ſpretis his naturae terreſtribus, coeleſtibus frueretur gazis. Infelicem feliciſſimi Filii parentem, qui animi aegritudine ob Nati unici praematurum obitum obrutus, quotidie fere morior, quippe

Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.

Sed quid amiſſum doleo et mortuum, quem tenet Olympus. Vivit ille vita aeternum meliore nactus aevum; Derelictum me potius queror et expoſitum tot aerumnis, tot calamitatibus, tot mundi immundi illecebris, tot inquietudinibus, fruſtra enim quietem quaerimus anxii, dum terra caeli nos tenet exules. O! ſi liceret cum illo conjungi, chorisque beatis intereſſe; haec votorum ſumma meorum! Placuit tamen et placebit ſemper, DEO quod placet, nec enim plus dolori et luctui, quam voluntati Divinae concedo, cui refragari nefas ſemper duxi morte piandum; haec Divini Numinis Voluntas, modum ut hactenus ſic porro quoque maerori ponat precor; quippe

Hoc meo levamen
Dolori dolor ipſe fert, mihique
quo doleo magis, eſt minus dolendum.

Sed redeundum mihi in viam, et ad triſtes beatiſſimi Filii ſedulitatis has reliquias, quas toties repoſui, quoties illas literato orbi tradere, ſeculo hoc maleferiato, judicandique prurigine refertiſſimo, in animum inducerem. Obluctabatur maxime argumenti tenuitas, cum Muſea Besleriana, illo tempore lucem conſpexerint, quo Hiſtoria naturalis primitus excoli coepit, hodieque proletaria illa, quae rariora credidit Besleri aevum; acceſſit et hoc, quod methodo accuratiſſima, qua naturalis Hiſtoriae Studium hodie fulget, minime gaudeant, ſed in Tabulis his, praeſertim quae lapides continent, indiſpoſita paene omnia, nulloque decenti congeſta ordine, et quae plura adhuc alia ſuperſunt, dentatis et aculeatis vitilitigatorum, rigidiorumque Cenſorum morſibus expoſita. Dubius ſic haerens de manumiſſione hujus opuſculi, vicit tandem publicae utilitatis ſtudium, praeſertim cum Rariora haec Beslerorum, figuris ſolis tantum conſtantia, tanto tamen literati orbis dignata fuerint favore, ut Viri in ſtudio naturali vere Principes, illa ob figurarum elegantiam, et ad naturae leges expreſſam concinnitatem, non laudare tantum, ſed impenſius commendare haud erubuerint. Acceſſit

ſol-

ſollicita efflagitatio plurimorum, has Tabulas commentariolo illuſtratas deſiderantium, cum melioris ſpei pollicitatione, fore ut cum alia Muſea, licet tempore pariter illo, quo prima hiſtoria naturalis incrementa cepit, edita fuerint, in pretio tamen exiſtant, ſingulari ſtudio conquirantur, et de novo recudantur; his Rarioribus Beslerianis pariter non defuturos emptores. Maxime autem me movit deſideratiſſimi Filii τȣ̃ μακαρίτȣ impenſus hiſce labor, et adhibita in iisdem eruendis ex tot Auctoribus (citra φιλαυτίαν hoc dictum eſto,) aſſiduitas, quo temporis illud ſpatium, quod juvenilis aetas alias ludicris ttanſigere conſuevit, huic impendere conſtituit operi. Quod ſi decor ille deſit pagellis his, judiciique acumen, quod ſtudium hoc poſtulat, deſideratque aevi hujus ὑποτυφία, omniaque nunc cenſentium illicita licentia, quibus Veneris etiam ſandalium calumniari non eſt piaculum, meminerint quaeſo, hoc quidquid eſt, e manu Juvenis XVII. annorum, vixdum in phyſicis tironis, et de grege novitiorum in arte medica prodiiſſe, ut non mirum ſit, naevulis hinc inde conſperſas eſſe pagellas. Limatiora hoc in ſtudio forte dediſſet, ſi haec ipſa poſt abſolutum ſtudium, iterque ad exteros praemeditatum, adhibitis poſterioribus et ſapientioribus cogitationibus, (praefiſcini dixerim) manumittere licuiſſet. Quod ipſe manus medicas opellae non admoverim, prohibuit partim recrudeſcens ſtatim labore hoc ſuſcepto dolor, cum fluentes lacrymae calami delevere lituras; partim obſtitit medica in ampla hac et populoſa urbe, qua obrutus ſum, Praxis, ubi Horatianum illud quotidie mihi repetendum:

Hic viſum vocat, hic auditum triſtia, ſpretis
Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini,
Trans Tiberim longe cubat hic prope Cæſaris hortos,
Ille extremo in Aventino viſendus uterque.

Sed ſufficiant haec de dulciſſimi Filii conatibus, qui quamvis commendatione magna digni non ſint, tamen ejus laudanda voluntas, quoniam in magnis voluiſſe ſat eſt. Cenſorem quod ſi evitari haud queat, illud Sapientis occidendum reputo:

Carpe quod eſt lubitum, modo non injurius eſto.

Quippe juxta tritum illud:

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Ad *Besleros* quod attinet, haud exiguam in ſcholis medicis promeruere laudem; et *BASILIVS* quidem aetate major, *Michaëlis Besleri* Theologi urbis hujus Celeberrimi Filius, et *Hieronymi* Medici feliciſſimi Frater erat. Humanioribus cum Fratre literis expolitus, et ab ineunte ſtatim aetate rei herbariae ſtudio mirifice, (uti ipſemet *praefat. in Hort. Eyſtädtenſem* fatetur) captus, hac occaſione in magno iſto naturae Volumine evolvendo non parum ſtudii et diligentiae poſuit, indeque factum eſt, ut arti ſe addiceret Pharmacevticae, utpote in cujus offici-

 fici-

ficinis pleraque ex herbis, plantis, floribus, radicibus, ſeminibusque praeſcripta et praeparata conſtare, ibique verum iſtarum rerum uſum diſci cerneret. Ad eum etiam finem hortulum quendam privatum inſtituerat, quo animum ulterius in ſtudio Botanico progredi geſtientem exſatiaret. Nec effectu caruit nobilis hic ardor: peperit quippe Beslero Summorum Imperii Romani Procerum favorem, celeberrimorumque Botanicorum amicitiam. Primos inter erat praecipue *REVERENDISSIMVS ET CELSISSIMVS EPISCOPVS EYSTADTENSIS, DN. JOH. CONRADVS a GEMMINGEN, feliciſſimae memoriae Princeps*, qui de notitia *Besleri* Botanica edoctus, non ſolum hortis ſuis elegantiſſimis, quibus arcem epiſcopalem in D. Willibaldi monte cinxit, ac quaqua verſum jucundiſſimo ac amoeniſſimo proſpectu beavit, excolendis *Beslerum* dignatus eſt, ſed et illorum deſcriptionem, et aeterni operis Editionem, reluctante licet illo, demandare ac delegare non dubitaverit. Inter intimos *Baſilii* amicos erat Florae illud Delitium, *Carolus Cluſius*, *MAXIMILIANI II. glorioſiſſimae memoriae CAESARIS*, Archiater hortique Caeſarei Praefectus; hic Vienna redux, urbemque Noricam tranſiens, firmiori amicitiae nexu cum *Beslero* copulabatur. Extitit tunc Baſilius noſter *Reverendiſſimo Epiſcopo* Auctor Suaſorque, ut virum hunc βοτανικώτατον, qui nunquam ſatis laudando Principi jam notus eſſet, et primatum inter ſeculi Botanicos haberet, operi admoveret: verum perſuadere Principi non potuit, qui *Beslerum viriderii Eyſtädtenſis Patrem ac Patronum appellare* dignabatur. Nil tamen hoc impediebat, arctiſſimam *Clúſii* cum *Beslero* neceſſitudinem, ſed promovebat potius, ut in Belgium poſtea a Curatoribus Academiae Lugduno-Batavae evocatus *Cluſius*, ubi latiſſimum ſtudii naturalis campum nactus, omnia paene Exotica cum *Beslero* communicaverit, Faſciculoque Rariorum Muſei, fundamenta jecerit. *Cluſii* amicitia noſtro Auctori notitiam Archiatri Caeſarei ſtudiique Viennenſis Profeſſoris Dn. *Johannis Aicholzii* peperit, cujus convictor domeſticus Viennae *Cluſius* extiterat; cum hic effuſiſſime ſtudium amaret Botanicum, ut ex Pannonicis *Cluſii* liquet, facillime nectebatur *Beslero*, et ex hac familiaritate factum, ut ſuaſore ipſo laudatiſſimus *Aicholzius Illuſtriſſimo Noricorum Senatui* aliquot florenorum millia ea conditione elocaverit, ut cenſus quotannis inde fluens in Medicinae Candidatos, quos Collegium Medicum Noribergenſe, cui cura illa commiſſa, idoneos judicaverit, ad itinera in exteras regiones aptius ſuſcipienda derivaretur; et quia ſtipendium hoc C. florenis aureis conſtitit, hinc *ſtipendii Aurei Aicholziani* nomen obtinuit. Nec apud exteros tantum volitabat per ora virûm *Beslerus*, in patria quoque laus ejus celebrata a viris doctiſſimis. Quid de *Camerario Patre* dicam, vero Noricorum Aeſculapio Collegiique Medici Fundatore; et hic pariter cum Florae delitias reliquis ſtudiis antepoſuiſſet, *Beslerum* hoc in ſtadio decurrentem impenſe adamavit, quod et a Michaële *Roetenbeccio* Patre, naturalis ſtudii opti-

optimo Myſta, ob ſtudiorum paritatem factum. *Ludovico Jungermanno*, aſt quanto Botanico! in concinnando Eyſtädtenſi Horto uſum eſſe *Beslerum*, e Programmate Academico funebri retulit *Cl Freherus* in *Theatr.* pag. 138. cujus tamen *Beslerus* nuſpiam meminit. Vniverſo autem Collegio Medico amiciſſimum fuiſſe, inde liquet, quod Decanus et Collegium commendatitias operi Eyſtädtenſi praefigi curaverit, *ut Besleriani indefeſſi laboris et patientiae aliquod exſtaret cum Elogio teſtimonium.* Nec Medicis tantum laudatus *Beslerus*, ſed ab aliis aevi ſui doctiſſimis viris cultus; loco omnium erit illud Conſultiſſimi *Georgii Remi, Patricii Auguſtani et Reipublicae Noricae a Conſiliis*, Besleri ſuffixum Iconi in Ayſtädtienſi Horto:

BESLERVM glyptes BASILEION imagine pulcra
Quisquis es o! Hoſpes reddidit ecce tibi.
Nempe Viri vultus dedit heic atque ora tueri:
Cernere vis mentis dona ſagacis? age,
HERBARVM magnum hoc et PLANTARVM Amphitheatrum
Inſpice, quas dotes AREATINVS habet
Divitiasque HORTVS. Paradeiſon dixeris ipſum:
Condidit immortale hoc BASILEIVS opus.

Nec *Beslero* mortuo ejus nominis gloria periit; viget adhuc illa, vigebitque ceu primae magnitudinis ſtella, in Scholis Botanicorum ob immortale, quod luci publicae communicare geſtiit, opus. Firmat hoc maxime novum Plantarum genus, ab ejus nomine nomen ducens. Facta haec Plantae nominis impoſitio ſeculo fere poſt *Besleri* obitum, et, quod adhuc magis mireris, a Botanico Gallo, Reverendo nempe P. *Carolo Plumier*, Ordinis Minimorum in Provincia Franciae et apud Inſulas Americanas Botanici Regii, in Tract. inſcripto: *Nova Plantarum Americanarum genera*, impreſſ. Pariſ. 1703. Eſt autem *Besleria* Plantae genus flore monopetalo anomalo tubulato bilabiato aut perſonato. Ex ejus calice ſurgit piſtillum, poſticae floris parti ad inſtar clavi affixum, quod deinde abit in fructum mollem carnoſum, ovatum, ſeminibusque foetum exiguis. *Besleriae ſpecies* ſunt: *Besleria* meliſſae, tragi facie. *Besleria* virgae aureae foliis flore luteo, major et minor. *Besleria* ſcandens criſtata, fructu nigro. Perennabit ſic in Planta *Besleri* memoria, ne viro de ſtudio Botanico optime merito apud ſeram poſteritatem laudes deſint. Erat caeteroquin in *Beslero* noſtro mira comitas, ſumma morum temperies, tantaque modeſtia, ut ſummis aevi ſui Botanicis comparandus, *ſtudioſi* titulum affectarit, ut ex ejus *ſepulcrali* in Coemiterio D. Johannis n. 2117. obvia *Inſcriptione* apparet: *Credo Reſurrectionem carnis. Baſilius Besler Noricus, artis Pharmaceuticae Chymicae Amator ſingularis, rei herbariae Studioſus. 1629. Vna cuſtodia Pie-*

tas. Vnicum reliquit filium, quo absque liberis mortuo, vidua ejus Henrico Engellandio nupsit, sicque Besleriana haereditas ad virum integerrimum Joh. Chr. Engellandium, Amicum conjunctissimum devoluta est, qui Tabulas Fasciculi aeneas publico ulterius invidere noluit, adeoque eas, ut recuderentur, benevole communicavit. De Nummo in Besleri memoriam cuso alibi dicendi locus erit.

Restat, ut de Viro Excellentissimo, Medico quondam Vrbis hujus celeberrimo, Dn. *Michaële Ruperto Beslero*, quaedam memorem; cujus *non integrum* quidem *Gazophylacium*, cum Tabulae aeneae nescio quo fato perierint, sed quae a Viro Exc. Dn. *Valentini in Museo Museorum*, laudatissimo certe opere, non referuntur, in Tabulas aeneas conjecta, hisce *Basilii Besleri rarioribus* juncta sunt. Lucem hausit primam M. R. Beslerus hic *Noribergae* Anno 1607, Patre *Hieronymo Beslero*, primo in Collegium ab *Illustri Camerario* tum erectum recepto Medico; Matre *Apollonia Buchneria* ex antiqua nobilique familia oriunda. Cum *Frater Basilii* esset *Hieronymus*, tanta pariter in studium Historiae naturalis ferebatur cupidine, ut vix parem aevum tulerit, ideoque factum, ut per 36. integros annos *Visitatoris Perpetui Pharmacopoliorum* munere cum amplo salario annuo functus sit. Hausit has studii naturalis delitias a Patre et Patruo a prima statim juventute *Michaël Rupertus*, quas, positis prius in Gymnasio *Brandenburgico Heilbronnensi* fundamentis studiorum humaniorum ac Philosophiae, in Italicas excurrens Academias, acrius insectatus est, et discendi ardore virorum aevi et studii sui illustrium favorem promeruit perennem, quos omnes recensere non erit hujus loci. Inter omnes tamen indulgentissime illum amavit *Marcus Aurelius Severinus Crathigena Tarsiensis Medicus Philosophus acutissimus, Regius in Auditorio Neapolitano Anatomiae et Chirurgiae primus Professor*, idque universo literato orbi palam fecit, non tantum *Trimembrem Chirurgiam*, in qua *Diaetetico-Chirurgica, Pharmaco-Chirurgica et Chymico-Chirurgica tradidit*, (ut libri Titulus habet,) sed et Tr. *de Lapide Fungifero* nomini *Michaëlis Ruperti Besleri* inscribendo. Relictis tandem Athenis Italicis, huic Vrbi redditus, in Patria Academia exantlatis rite examinibus, habitaque prius de *sanguine secundum et praeter naturam* disputatione inaugurali Anno 1631. summos in Medica arte honores obtinuit, viventeque applaudenteque adhuc Parente, locum in Collegio Medico obtinuit sequente Anno, qui fatalis Parenti extitit, Anno quippe 1632. d. 22. Novembr. aetatis 66. defuncto. Exhibuit statim Patriae, quas in exteris regionibus collegit ingenii opes, habitaque A. 1633. in Orphanotrophio viri ob scelera decollati Anatome publica, dexteritate secandi, demonstrandique peritia facundiaque se omnibus probavit, quod ulterius scriptis Anatomicis luci publicae commissis, quorum Titulus, *Admirandae Fabricae humanae Mulieris partium, tam ante quam post partum Generationi potissimum inservientium, et Foetus humani, delineatio Tabulis*

V fol.

V. fol. Reg. aeri incisis, et invictissimo Caesari Ferdinando III. gloriosissimae Memoriae dedicatis, Noriberg. 1640. Porro edidit: *Observationem Anatomico-Medicam, Mulieris tres filios viventes naturalis magnitudinis enixae &c. &c.* Anno 1644. Nec *Anatomicis* solum vacavit, sed *studium rerum naturalium et Botanices* huic pariter indefesso sociavit labore, cujus testes *Viretum admirandum Norib. 1646.* cujus Tabulae aeneae partem dedere *Gazophylacii rerum naturalium Anno 1642. in Fol. impress.* et quidem *e regno vegetabili;* suntque potissimum Icones florum herbarumque tunc temporis pro rarioribus habitarum v. g. *singularis Aconiti species foliis Tanaceti ex Alpibus Tridentinis cum floribus albicantibus, Gentiana insignis Alpina floribus aureis, Gentiana Alpina floribus punctatis nigricantibus flavescentibus, Amaranthus Mexicanus cum Baccis rubris, Papaver spumosum foliis gramineis, Scabiosa latifolia Floribus subrubris, Scabiosa Cretensis arborescens floribus albicantibus,* et commatis hujus plura, proletaria nunc, *Besleri* tamen aevo infrequentia; quas Tabulas aeneas, pluresque adhuc alias, ni fallor, *Auctario Horti Eystädtensis*, quod vir solertissimus meditabatur, destinaverat; sed morte praeventus haud, quod dolendum, absolverat. Dubium tamen *Libris* an *Liberis* illustrior *Beslerus* noster, foeminina praesertim progenie. *Filia* quippe *Barbara*, e prima Conjuge Nata *Mulzia de Schoenfeld*, in fundatissimam non minus ac generosam familiam sponsa collocata est, antiquae nempe nobilitatis meritisque adhuc illustriori *DN. Joachimo Nuzelio*, Judicii tunc Assessori, postea Senatori Vrbis hujus et Præsidi Collegii Medici splendidissimo, quae plena aetate et virtutibus adhucdum superstes, ex *Generosissimo Filio* inclytae Reipublicae nostrae quoque Senatore fulgidissimo (qui ut publico egregie promovendo diu superesse et perennare possit, ex animo voveo) seros spectabit nepotes. Altera e secunda conjuge *Joh. Rosae Archiatri quondam Palatini*, postea *Ratisbonensis Medici felicissimi Filia* prognata *Rebecca Barbara* nomine, Collegii Medici Norici Seniori quondam primario, Brandenburgico Consiliario et Archiatro, illustri *DN. Christophoro Theophilo Scheurelio a Däfersdorff* elocata est. Filius autem *Joachimus Hieronymus*, dum studio medico, avi patruique Patrisque insistens vestigiis, operam dare cupit, infelici lapsu e scala et vitam et *Beslerorum* extinxit familiam; cum jam ante tristia haec Filii unici fata, Parens *Michaël Rupertus Beslerus* ab aliquot annis cachexia scorbutica, cum pedum tumentium exulceratione excruciatus, accedente tandem catharro suffocativo, e vinculis corporis tanquam e carcere ad superos evolarit. Sed haec de Auctoribus Rariorum Musei *Beslerorum*, edendique causis praefationis loco dicta sufficiant.

Vnum adhuc te volo, B. L., in Tab. IX. Fig. 8. depictam quidem esse avicularum fere minimam, non tamen descriptam, cum

)()()(*Bea-*

Beatus Filius, me ejus descriptionem occasione Ananasae cujus suavitatem mire insectatur praepetum haec minutula, daturum sciret; id quod in commentatione de *Ananasa sive Nuce pinea Indica*, *vulgo Pinhas* dicta, factum. Generale Avicularum nomen *Gvinambi* vel *Gvainumbi*; cum earum variae species, (quippe Marggravius jam olim novem descripsit,) varia quoque obtinuerunt nomina, prout pariter varia earum magnitudo, colorumque diversitas. Tantae enim earum speciei certae est corporis levitas, ut unum duntaxat *Tomino Hispanicum* sive XII. grana pendat, unde nomen ejus *Tomineo* fluxit. Nec minor in capite pro specierum diversitate varietas, earum enim illa, quae a *Rochefortio* et *Blumio Colybri* dicitur, plumeam in summitate capitis coronam gestat, quam in cristam pro lubitu erigere valet, quam solis illustratam radiis, pretiosissimis lapidibus distinctam et coruscantem, et oculos parvulos par adamantum, chalybi politissimo caerulescenti infixum e *Rochefortii* mente quis judicet; nostra tamen avicula corona hac plumea destituitur. *Rostellum* est subrotundum, aequale, tenue et valde acuminatum, rectum paululum tamen versus extremitatem deorsum vergens. *Lingua* bisecta tenuissima instar serici fili tenuissimi, quam extra rostellum longe exserit, ut florum melleum rorem extrahat et lambat, unde a Sinensibus *Tunchonfung*, e flore *Tonchon* quasi genita, Germanice Blumen-Specht vocatur. *Crura* et *pedes* minimi brevesque, cum Ebeni ligni nigredine certantes, quatuor digitis instructi. *Alarum remigium* singulare prae caeteris avicularum habent, optime a *Marggravio* descriptum, hujus ope per sat longum temporis spatium in aëre velut quietae se librant, mox tanta pernicitate se movent, ut visu percipi motus vix possit, et alis carere videantur; sonitum tamen inter volandum edunt apicularum bombisationi non dissimilem, *Anglis* hinc *Hummingbird* dictae. Maxima Avicularum harum venustas splendorque in *plumulis capitis, colli superioris, dorsi totius et alarum initiis*, quarum admiranda varietas nomen *Ourissiae* sive radiorum Solis, *Gvarigcobae* et *Gvaracaiba* capillorum Solis peperit. Illam quam tabula nostra exhibet, vivis quasi coloribus depinxit disertissimus P. Bisselius: *Pennularum nitor*, scribit, *versicolor lucet, sic ut smaragdinum virorem splendor saphirinus, purpuram vero luteus aurei fulgor provocet. Denique quicquid oculus trahit colorum, id omne supra Pavonum ac Iridis, (Admirationis filiae a veteribus dictae) varietatem, in illo Volucris breviario natura miscet, mistumque denuo secernit, haud ineleganti compositae venustatis discordia. Pictorum tormentum invidiamque dixeris, aut profecto manus Apelleae solers compendium.* Hinc factam est, quod a Phrygionibus admodum expetantur plumulae hae versicolores, ut aureis intertexant staminibus; et licet mors aviculae plurimum plumularum venustati detrahat, a foeminis tamen loco *inaurium*

gestan-

gestantur, cum pretiosissimis certantium. Ambram Moschumque redolere has aviculas, *Rochefortius* scribit. *Nidulos* e tenuissimis Ananasae Pita dictae fibris filamentisque conficit, ac Xyli floccis plumulisque sericum ipsum superantibus implet, quibus ovula albissima, margaritas majores aequantia, foemella imponit. Quae *Cl. Piso* de avicularum harum generatione et transmutatione ex Erucis Brasiliensibus *Lagartas dos Vergos* Lusitanis dictis habet, ejusdem veritatis est, ac illud assertum, has aviculas hyeme mori seu potius obdormiscere, vere vero reviviscere; unde Antillarum Insulis *renatae* dicuntur; cum tamen diligentissimus *Marggravius* has aviculas magno numero in sylvis per totum annum observaverit. Strepitum cicadarum susurro aemulum, non cantum edunt, qui *Gomanbuchae* avicularum harum speciei convenit. *Cinis* hujus *Aviculae, Reccho Hoitzitzlin* dictae, *epilepsiae* mederi dicitur. Surinamensis Sacrificuli in gulae oblectamentum expetunt, hoc avicularum minutias. Hostem experiuntur acerrimum, arenearum genus maximum, *Nhamdu Gvacu* dictum, quod illis insidiatur non tantum, dum in Nidulo ovulis incubant, sed et cum floribus insident, ubi ungulis arreptas jugulat. Cum vero de stupendo hoc DEI ludere gestientis in rebus minimis opificio, abunde egerim loco supra citato, schediasma illud ut consulas haud gravatim, *LECTOR BENEVOLE*, praetereaque sphalmata, si qua irrepserunt, pro Tua humanitate emendes, enixe rogo, contendo, TEque valere jubeo.




QVam fallax hominum spes sit, quam vita caduca,
Lochnerus Juvenum flosque decusque docet.
Quid non sperandum Patriae! Solertia magna,
ingenium, studium signa perampla dabant.
Sed praecox fatum subito spem dissipet omnem,
corpus et exanimum terra aliena tegat,
non obiit totus, vivit post funera virtus,
Lochneri in Scripto hoc vita perennis erit.

His demulcere illustris DN. Patris ex optimi
Filii obitu conceptum dolorem studuit
LVCAS SCHROECKIVS, M. D.
Archiater et Comes Pal. Caesar. Nobilis, Acad.
Caes. Leop. Carol. Nat. Cur. Praeses, Reip. August.
Phys. primarius.

Ad
Virum Illustrem,
D. MICHAELEM FRIDERICVM
LOCHNERVM,
cum Filio desideratissimo, Eidemque unico, Monumentum, quod vivus sibi Ipse parare coeperat, aere perennius exigeret.

DVm dolor et Nati TIBI mors praecordia pascunt,
Gaudia qui quondam deliciaeque Tuae:
Quis non sollicito certat, VIR SVMME, labori
Auxilia alloquio dulcia ferre pio?
Sat vixit, dicunt, artes cui doctus Apollo
Cum Medicis Latias Cecropiasque dedit.
Sat vixit, Superis comes additus. Ecce futuram
Ad vitam gradus est exitus alterius.
Quid? quod non moritur, laudis monumenta superstes
Qui sibi spectata sedulitate parat.
Ἔμψυχον Is fuerat Μουσεῖον. Rara juventus!
Figatur doctos inter imago, meret,
Ac nova Besleri Museo ad limina vitae
Vt LOCHNERIADEN Musa Paterna vocet.

Piis Manibus
Nobilissimi Juvenis
JO. HENRICI LOCHNERI,
Medicinae Candidati dignissimi, sui quondam Auditoris perindustrii, parentaturus scribebat.
Erhardus Reuschius.


Nat. Noriberg. A. 1695 Denat. Witteb. A. 1715


Nat. Noriberg. A. 1695 Denat. Witeb. A. 1715
HENRIC. LOCHNER MED. CANDID.



Erhardus Reuchlinus.

LAVDATIO FVNEBRIS,

QUAM

IN SPLENDIDIS EXEQUIIS

JVVENIS NOBILISSIMI,

JOH. HENRICI LOCHNERI

DE

HVMMELSTEIN,

MEDICINAE CANDIDATI

DIGNISSIMI,

VIRI

ILLVSTRIS EXCELLENTISSIMIQUE

D. MICHAELIS FRIDERICI LOCHNERI

DE

HVMMELSTEIN,

SACRAE CAESAREAE MAJESTATIS ARCHIATRI EJVSQUE PERSONAE IMPERIALIS MEDICI, S. R. I. NOBILIS, COMITIS PALATINI, ACADEMIAE LEOPOLDINO-CAROLINAE NATVRAE CVRIOSORVM EPHEMERIDVM DIRECTORIS, COLLEGII MEDICI NORIBERGENSIS SENIORIS,

FILII VNICI ET DESIDERATISSIMI,

Vitembergae IV. Non. Jan. cIↄ Iↄcc XV. pie placideque extincti,

coram

Magna Patrum ac Civium Academicorum

frequentia

ex memoria recitavit

M. CHRIST. STEPHANVS KAZAVERVS,

Heroldsberga Noricus, Ord. Phil. Assessor.

PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE,

PATRES CONSCRIPTI, VIRI SVMME REVERENDI, CONSVLTISSIMI EXPERIENTISSIMI, AMPLISSIMI, PRAECELLENTISSIMIQUE, ET VOS RELIQUI ORDINVM OMNIVM HONORATISSIMI EXEQUIATORES!



SI, quanta ſum animi aegritudine obrutus, tanta mihi dicendi eſſet facultas, confiderem utique, quas in praeſenti partes ſuſcepi, aliquo ſaltem modo a me peragi poſſe. Nunc, cum animus adhuc dolore ſit occupatus, quem ex obitu nec opinato Nobiliſſimi Juvenis JOHANNIS HENRICI LOCHNERI, patria Norici, ſalutaris Artis Candidati digniſſimi, ſolutis jam exequiarum juſtis rite humandi, jure concepi, equidem neſcio, magisne temeritas mea ſit culpanda, qui ad hoc laudationis funebris munus animum induxerim, quam commendanda pietas, qui illud ipſum non detrectarim. Minime enim putavi faciendum, ut officium, quantumvis lacrymarum ac moeroris plenum, ab aliis paterer occupari, quippe quod mihi neceſſitudo et amici et civis multo quidem conjunctiſſimi vindicare videbatur et imperare. Atque hoc ipſum tamen munus, quo mihi libentius imponi ſinebam, eo vehementius angebar, animique pendebam, unde orationem reperirem, quae univerſae Defuncti vitae, quam pro more hic retexere debeo, par eſſet, et nunc demum intelligebam, verum eſſe illud Sapientis Romani: *Nihil difficilius eſſe, quam magno dolori paria verba invenire.* Hac dum premebar ſolicitudine, forte fortuna ſub aſpectum meum venit nummus, quem, niſi fallor, anno ſuperioris ſeculi nonageſimo, DIVUS COMES LEOSTEINENSIS, EVCHARIVS CASIMIRVS, neſcio, qua occaſione, cudendum curavit. Refert is uno latere ipſum Comitem Illuſtriſſimum, averſo autem arborem, in quam Vir quidam ſecurim ſtringit, cum hac inſcriptione, *DUM SCINDOR, FRANGOR.* Me quidem latet, quid ſibi hoc nummo voluerit Divus; nihilo minus quotidiana, quod in illo nobis ob oculos ponitur, experientia docet. Quemadmodum enim nihil tam praeclarum, vel ab arte, vel a natura pro-

producitur, quod non cum vita hominis comparari possit, ita in arboribus potissimum reperiuntur, quae plus satis vitae mortalium respondent. Arbor tam diu succrescens atque efflorescens, quamdiu non sit exposita violentis manibus, aut tempestatibus turbulentis, interdum praeter omnem agricolae opinionem ab hisce invaditur hostibus, suorumque spem et expectationem fructuum eludit. Pari modo homines incrementum et conservationem vitae suae ab Autore Naturae benigne concessae sibi semper pollicentur, at quam frustra saepe spem in ea ponimus aetate, quae propter vigorem atque alacritatem procul abesse a morte vulgo existimatur. Certe Noster vix limen attigerat juventutis, cum decedendum ipsi de vita fuit.

Quodsi hunc luctuosissimum casum Symbolo aliquo delineare deberem, in similitudine quidem arborum facile manerem, pace tamen aliorum paullo mutarem figuram nummi, poneremque stirpem arboris, ex qua prodirent duo rami, quorum unus altero brevior nonnihil atque imbecillior esset. Hunc manus e coelo demissa arriperet, atque a stirpe sua revelleret, quo ipso simul alter ramus densior una cum stipite ita inclinaretur, ut vel penitus frangatur, vel ab interitu quam proxime absit, his inscriptis verbis, *DUM SCINDOR, FRANGOR.* Erat Noster unicus ac minime degener Illustris sui Parentis filius, neque aliter quam ramus a generosa stirpe divellitur, cum quo, si non nominis et familiae, stirpis tamen ac lineae virilis occidunt insignia et ornamenta. Quod eo facilius ad Defunctum me accommodare posse, censeo, quo propius ille ad similitudinem arboris accessit. Sunt omnino, sunt, ut in generosis arboribus, sic in praestantibus familiis semina quaedam, quae propagantur ad posteros, et tempestiva cura aluntur utique, et ramos longe lateque emittunt. De Lochnero nostro, ex illustri Lochnerorum virtutibus ac meritis apud nos florentissimorum stirpe sato, me vel tacente, optima quaeque promittere Vobis potestis, Exequiatores omnium Ordinum Honoratissimi, eo praesertim Genitore, qui non solum nobilitate generis, sed etiam, quod caput est gloriae, singulari semper eruditione, virtute, fide, gravitate, auctoritate, conspicuus fuit. Est ille, prout optime nostis, Vir Illustris Excellentissimusque MICHAEL FRIDERICUS LOCHNERUS, Sacrae Caesareae Majestatis Archiater Ejusque Personae Imperialis Medicus, Sacri Romani Imperii Nobilis, Comes Palatinus, Academiae Naturae

Curio-

Curioforum Ephemeridum Director, Collegii Medici Noribergenfis Senior graviffimus, Vir decus omne laudis complexus. Si alias non fpernendae funt maternae neceffitudines, fed dignitatem natis conciliant, et cultum elegantiamque faepe in filios propagant, certe Defuncti noftri Mater non praetereunda erit, Matrona Nobiliffima ANNA MARIA, ex infigni Vierzigmannorum gente prognata, Matrona omnibus, quae vel regendae familiae vel educandae foboli expediunt, dotibus exornata, meamque laudaturi facultatem longe multumque fupergreffa. Hi tanti Parentes Johannem hunc fuum anno praeteriti feculi quinto et nonagefimo, quarto Nonarum Septembris coelefti munere fufceperunt, ipfumque facro fonte initiatum omni cura, quae pios Parentes decet, fovendum putarunt.

Quaedam arbores in pretio habentur ideo, quod nobilioribus in hortis provenerunt, licet ipfa nonnunquam rura aliquid minus vulgare largiantur, et inter raftra faepe adoleverint animae magnae. Non reprehenderim tamen Simonidem, qui inter ceteras felicitatis humanae partes illuftrem Patriam quoque numeravit, neque non putaverim gratulandum Noftro, qui percelebrem ac libertate Imperii donatam Noricorum civitatem natalem habuit et altricem. Manat quidem a Deo, tanquam demiffus ab fole radius, vis animi divinior, quae nos virtutis et magnarum artium capaces reddit; fed ut emicet illa et adolefcat quafi, roburque ac vires accipiat, fomentis etiam externis indiget, neque excitanda folum exemplis egregiis eft, fed moderanda difciplinis quoque praeclaris. Quarum rerum ut non ubique copia fuppetit, ita illuftribus civitatibus vix unquam deeft. Noribergae itaque, illuftri illa Imperii civitate, cum lucem ac fpiritum haufiffet Nofter, quae nunquam non Viris magnis et omni laude excellentibus aut incunabula praebuit aut domum; quid mirum, fi litterarum honeftiffimarumque artium amorem vel mature induit animo, vel indole ipfa ftatim oftendit. Quam praeclara haec fuerit, vel inde agnofcere licet, quod, cum Patruus Ejus, Venerandus nunc Paftor Heroldsbergenfis, quibusdam Academiae Candidatis initia linguae fanctae panderet, hic puer decennis fi non promtius ac felicius, certe aeque facile dicta arriperet, verborumque fenfum erueret, quam illi ipfi, quibus eadem tradebantur. Proin hoc adolefcentis naturale bonum velut arborem teneram Parens Illuftris flectendam excolendamque dedit peculiaribus, eaque de cauffa largo ftipendio

 con-

conductis hortulanis, Praeceptoribus inquam, quorum unus coelo jam receptus est, alii coetibus Christianorum, Scholae alii, etiam nunc magna cum laude praesunt. Inter eos, qui HENRICI nostri animum literis, linguis ac philosophia imbuerunt, non possum non commemorare binos, quos et ego, quoad vivam, persancte colam, Praeceptores, quibus etiam multa se debere, saepe multumque non sine gratae mentis argumento solebat profiteri Defunctus. Primus est JOHANNES HENRICVS MÜLLERVS, in celeberrima Patriae Academia hodie Mathematum et Philosophiae Naturalis Professor Publicus, cujus insignia in Academiam et rem litterariam merita testibus haud ullis egent; quippe a quo amorem erga Matheseos sacra concepit, altum postea a Cl. DOPPELMAJERO, Professore Norico, quem curiosa Naturae arcana explicantem vice tertia audivit. Müllerum ad Academiam evocatum sequebatur ERHARDVS REVSCHIVS, Liberalium Artium Magister, et Poëta Laureatus Caesareus, cujus pariter luculenta ingenii divini monimenta extant, qui defuncto praecipue in literis tam latinis quam graecis lumen praetulit, ut inoffenso gradu ad tantam metam contendere posset, quippe in hisce Duce nominato adeo profecit, ut difficiliora loca e Scholiastis Euripidis, Nicandri aliorumque promte interpretaretur ac latina civitate donaret.

Inter alias singulares dotes, quas rerum naturalium Interpretes in describendis arboribus recensent, non sunt postremae, quod quaedam arbores non facile crescant, nisi adhuc tenerae ex alio in alium transferantur locum, radiis solaribus optime foveantur, humore item conveniente irrigentur, unde etiam ad fluminum ripas optime succrescant. Haud absimili modo a Parente Sapientissimo Lochnerus, cum nomen Academiae Patriae paullo ante dedisset, in hanc felicem ad Albim sitam Musarum sedem est dimissus. Meditabatur nempe tunc temporis Vir Illustris GODOFREDVS THOMASIVS iter in Saxoniam. Rogavit itaque Nostri Parens Optimus singularis amicitiae et muneris vinculo sibi conjunctum, ut filio unico Vitembergae quasi viam pararet, ducemque eligeret, cujus et hospitio et convictu et ductu Juvenis uti posset. Hoc facto, Lochnerus noster ante spatium annuum et trimestre desiderii sui portum tenere coepit, nostramq; Vitembergam spe optima plenus salutavit. Quo simul atque pervenit, statim, qua singulari erat discendi cupiditate, ducem sibi delegit exoptatissimum, eumque ipsius Illustris Parentis judicio probatum, ADA-

MUM BRENDELIVM, Doctorem ac Professorem in Academia Nostrate Medicum, cujus doctrina exquisita et peritia in arte medendi pereximia meam dicentis infantiam excedunt. Huic publice privatimque adhaesit, hujus ex ore pependit, hoc privatos intra parietes continenter est usus. Eodem suasore, suaque ipsius animi inductione adire gestiit Saxoniae Hippocratem, Illustrem Archiatrum BERGERVM, cujus nomen, doctrinam, merita ne trans mare quidem ignorari sentiebat. Ab hoc tam avide omnia, quae ad artis medicae decus pertinebant, in illo disciplinarum, quas docebat, orbe hausit, ut incredibilem quandam sitim suam restinguere nunquam satis posse videretur.

Vt autem de arborum bonitate boni fructus testantur, arborumque nonnullae mel quoque, mane summo creduntur exsudare, sic Juvenis optimus primo jam aetatis flore apis instar melleum aliquid colligebat. Non jam dicam de specimine, quod domi jam paraverat, cum Schediasma historicum de Fossato Magno, quo Carolus Magnus in agro Norico tentaverat conjunctionem Rheni et Danubii, ope Almonae et Regnesi singulari conscriberet diligentia. Neque alia conamina nunc, quorum plura moliebatur, commemorabo. Illud solum specimen sufficiat citasse, quod dedit in schedis, quas, non sine omine fausto de Apio Veterum pro inaugurali Dissertatione reliquit, *cujus herbae*, ut ipsis Nostri verbis utar, *omnibus notae, cuncto telluri amicae atque cognitae, olimque et a Diis et ab hominibus honoratae virtutes, et quicquid de ipsa cognitu dignum reperiri posset, ex antiquitate eruere, ex gemmis, nummis, statuis et marmoribus illustrare* moliebatur. Liceat mihi testem pulcherrimi hujus aliorumque conatuum appellare Brendelium, peridoneum Defuncti studiorum existimatorem. Hoc enim potissimum Doctore eoque domestico Noster, dum viveret, usus est, ipsumque ingenii, judicii ac morum suavitatibus sic sibi conciliavit, ut ab eo velut in deliciis haberi videretur. Nullum laudis genus est, quo Lochnerum suum minus dignum judicaret Excellentissimus ille Vir, fassus ultro, inexpectatum Juvenis clarissimi charissimique casum sibi peracerbum esse. Neque alias Noster litteras hic negligebat, maxime humaniores illas, in his praecipue graecas, quibus Medicum carere haudquaquam posse, jam pridem ab Optimo Parente fuerat edoctus. Hinc in quo domi jam elaboraverat, in eo nunc totus erat occupatus, ut Poëtrias Graecas, quas olim Fulvius Vrsinus collegerat, nova versione notisque conspectui Eruditorum exponeret. Cum autem praeter alias

ani-

animi dotes, in quibus naturam fautricem nactus erat, memoria quoque valeret, historia delectabatur mirum in modum, sigillatim naturali et literaria. Hujus cognoscendae amorem jam inde ab adolescentia confirmarat Bibliotheca paterna, selectissimorum in omni genere librorum apparatu instructissima. Illius excolendae tanto flagrabat ardore, ut post largos epularum missus, queis ingenii formatores Eundem pascebant, haec Ipse laborum veluti condimenta avide appeteret. Vix ullus extabit Historiae Naturalis auctor rarior, quem assidua is lectione sibi non familiarem reddiderit. Quidquid ab orbe extremo novum vidit Europa, latere ipsum non poterat. Et gaudio exsultabat, si quid tale Noribergae vel in horto celeberrimo JOHANNIS GEORGII VOLCAMERI, Excellentissimi Noricorum Botanici, Amici paterni conjunctissimi, vel in officinis pharmaceuticis, praecipue peritorum Engellandi et Dieterici, oculis contueri liceret. Testis erit Museum Beslerianum, cujus rariora a Parente olim descripta in schedis invenerat. In quas cum incidisset, facile ab Eodem impetravit, ut digereret istas orbi erudito exponendas. Cum vero abeundum ipsi esset in Academias, patriae redditus hunc laborem maturo magis judicio perficere statuerat, quem nunc moestissimo Parenti proferendum relinquit. Denique neque illud hic praetermittendum censeo, tantum abesse, ut Vitembergae, singularis ille impetus, quo olim ferebatur in eas disciplinas, quae in pulvere versantur, deferbuerit, ut potius ad illas intimius pernoscendas, Magnificum Doctorem KLAUSINGIUM, Venerandum Hospitem meum adierit, Praecellentissimi etiam Weidleri opera in iisdem adjutus.

Praeclara atque eximia sunt, quae hactenus de Lochnero nostro praedicavi; modica tamen prae illis, quae nunc essent commemoranda. Quanta enim modestia, quanta comitas, quis incorruptus candor in eo fuerit, nemo quisquam eorum, quibus ille cognitus fuerit, infitias ibit. Quis porro in dictis ejus aut factis, in gestibus moribusve affectatum quicquam, aut fictum arte deprehendit unquam ac notavit? Intemerata cuncta, sine fuco, sine fallaciis omnia erant. Hinc adulatores, homines vanos, futiles atque otiosos ab se repellebat, consuetudine ipsorum adeo non delectatus, ut ne aures quidem his praeberet. Quid dicam, quo incredibili amore, quanta pietate ac reverentia Parentes suos Noster sit complexus? Quam vere mihi videor posse contendere, poenitere Patrem nunquam potuisse hunc a se filium esse genitum, Ma-

trem-

tremque veras gaudendi caufas habuiffe, tam nobile pignus conceptum ab fe, ac in lucem editum fuiffe. Parentum enim animos nunquam offendit, nifi hoc uno, quod turbato mortalitatis ordine, naturae debitum praemature nimis perfolvit. Hinc illae lacrymae, hinc tot gemitus et querelae, hinc, verba fefe negant Parentes comminifci poffe, quibus vel hujus atrocitatem vel exquifitiffimi doloris fui fenfum explicare fatis poffint.

Vix dum arbor fuccrefcit et integra eft, praeter omnem fpem oritur ventus, molemq; profternit, nec modo faftigium, fed fundamentum quoque evellit. Perinde ut ftirpes ita homines opinione citius affligit tempeftas et opprimit, nec juveni et innocenti aetati parcit, atque eo gravius afficit et perturbat. Non meliora fata Lochnerus Nofter habuit. Dum enim laeta omnia Parentes de illo cum novi anni aufpicio augurantur, dum maxima quaeque expectant, eum nihil tale opinantem invafit pridie Calendas Januarias vehemens ardor, qui ipfum adeo reddidit debilem atque exhaufit, ut maximo fefe morbo, quem Epinyctin feu papularum Medici vocant, tentari, ipfemet facile praevideret. Neque fua ipfum opinio fefellit, cum fecundo die variolae fe confpiciendas praeberent. Excellentiffimus Hofpes omni ratione remediisque amovendo malo aut infringendae faltim vehementiae morbi multo periculofiffimi omnem mature dedit operam, et accedente mox vehementi fanguinis eruptione, in confilii auxiliique focietatem afcivit Aefculapium Saxoniae, Magnum Socerum fuum, qui nec ipfe quicquam omifit, quod ad reprimendum morbi impetum conducere videretur. Sed tanta illius rabies erat, tantus effervefcentis fanguinis aeftus, ut omnem generofiffimorum alias remediorum vim praefentiffimam eluderet: atque adeo hac ratione demonftraret, ne in optimi quidem Medici arte femper effe fitum, ut aeger convalefcat. Quod ipfum aegrotus cum fentiret, de pretiofo contra graviffimam animi labem atque noxam antidoto potius profpiciendum fibi effe arbitrabatur, Venerandum ideo Urbis hujus Ecclefiaften M. Wolffium accerfendum curavit, ea ipfa quidem nocte, quae fatalis ei fuit. Hic eum, folo nixum Servatore Suo, atque a Reverendo Reifmanno Ordinario Confeffionario contra mortis et inferorum terrores jam praemunitum, epulo facro tanquam certiffimo coeleftis itineris viatico recreavit. Quo quidem pignore reconciliatae cum Deo gratiae accepto, dum Vir Perrevendus commutationem extremam veluti praefagiens, oratione omnis divini folatii plena, animam, coelo, cui natus erat, commen-

mendasset, fatalis ille terminus, unicuique mortalium semel praescriptus, appropinquavit, et Lochnerus noster inter cantilenas sacras, Eodem, quèm dixi, Interprete divino, Excellentissimo item Hospite, me praeterea et alio Cive, quem in contubernium defunctus receperat, praesentibus, pie placideque obdormivit, annum aetatis nonum et decimum vix egressus. Sic exemplo etiam suo docuit, praecocia, atque ob singularem inveniendi et assequendi solertiam admiranda ingenia plerumque non esse diuturna, celeriterque emori, perinde, ac si natura ita statuisset, ut inusitatae uberrimaeque dotes statim velut flores effunderentur, qui perpulchri et optimi interdum opinione citius decerpuntur, et vix se explicantes, languidi compressique jacent, nec sine fastidio aspiciuntur.

Meum nunc esset, ut Vobis, Exequiatores Omnium Ordinum Honoratissimi, ob oculos ponerem irreparabilem jacturam, quam Illustres Parentes ob charissimi filii obitum fecerunt, ut Amicorum, quibus Lochneri venustas, fides atque integritas, auro quovis pretiosior erat, desiderium indicarem. Sed in exaggerando hoc malo quis immorari diutius, quis recens vulnus exasperare ausit et adaugere?

Fuit, fuit, Lochnerus arbori similis pretiosae, quam prudens horti praefectus in extructas eo consilio cellas recondit, ut a tempestatum vi et contumelia sit immunis. Haud aliter Deus, nobile illud gentis suae germen, ex terrestri hoc horto, plantarum arborumque noxiarum pleno, ex hac impetuosissimae tempestatis hyeme, in hortum coelestem ac semper virentem transportavit, ubi Servatori suo dulcissimo conjunctus in ejus amplexibus vulneribusq; pascit tantisper, quoad Ver illud perpetuum, vera, inquam, sinceraque veris aeterni gaudia Ipsi cum omnibus piis intueri licebit, quo tempore ineffabili cum exultatione, comitante omni civium coelestium choro charissimis Parentibus suis restituetur. Quibus nunc non ultimi loco solatii erit, audire Filii Johannis sui funus tam frequenti splendidoque Exequiatorum comitatu, tamque prolixe hic celebratum fuisse, ejus inquam Filii, quem nisi tantopere vivum curae cordique habuissetis, mortuum vix ac ne vix quidem tali modo prosequendum judicaretis. Quare et me, jusserunt, suo Vobis nomine gratias agere et habere tantas, quantas insignis Vestra Humanitas, in honore supremo Defuncti nostri manibus praestando abunde perspecta, promeretur, addita vicissim sponsione, omni tempore et occasione, maxime tamen laetiori, officio Vobis studioque suo, nunquam, nunquam, defuturos esse.

ODE
FVNEBRIS
IN
OBITVM
IO. HENRICI
LOCHNERI
NORIMBERGENSIS
CANDIDATI MEDICINAE
IVVENIS
ANTIQVITATE GENERIS
ET
BONARVM LITERARVM STVDIIS
CLARISSIMI
D I V I

BENE MERENTI
F
ADAMVS BRENDEL, D. P. P


Agax recludit Phasias Aesonis
Mucrone districto iugulum, nouis
Et fracta, profuso cruore,
Membra replet, recreatque, succis.

Queis intus actis, en! posita, comae
Viuum colorem, canitie, bibunt,
Supplentur adiectoque rugae
Corpore, luxuriantque uires.

Quin pulsa deformis macies fugit,
Et pallor exanguis, putris et situs:
Miratur Aeson, seque denos
Hunc meminit quater ante soles.

O!

O! Colchis, umbris excita, surgeret,
Haustumque LOCHNERVM nece pallida
Nouaret: O! succos rigentes
Poeonii recreent liquores.

Sed, DIVE, quo Te proripis, unica
Spes Patris, et pars quondam animi mei?
Promissa non moesto Parenti
Talia, non dederasque nobis?

Damnosa quid non proruis Atropos?
Raptus malignis uariolis, cadit
Lustro quater uix functus, urbis
Noridis, Euphrosinesque, alumnus.

Deo uacabat dedita mens, bonis
Et literis. O! quanta scientia
Artis salutaris tenacem
Finxerat ingenii uigorem.


Quicquid Pelasgum, Musa Quiritium
Quicquid, repostum condiderat libris,
LOCHNERVS infixum tenebat
Pectore, palladiaque lingua.


Heu! fata, quot, quot compulit horrida
Virga satus Maia tenui gregi
Ciues, acerbos et coegit
Leucorin ingeminare questus.

Aeuum sed angustum hoc habet anxiae
Vitae, diu quum uiuere nitimur,
Decumbimus, morbis subacti,
Mox stygias subeamus undas.

Ast non redit iam sanguis imagini,
Nec fas: locatus siderea domo,
Deum canit, terrena ridet,
Atque, malis uacuus, triumphat.

Hinc Ossa ducto molliter aggere
Cubate, dum quondam addimur aetheri.
LOCHNERA gens mox surgat, acta
Per titulos, memoresque fastos.


FRVCTVS
Fructꝰ exoticus Stramoniæ similis
Frü: den Igelkolben nicht vngleih.
Fr: peregrin: abiegnæ nuci similis. Frembder fru: den dannen Zapfen nicht ungleich.
Guyanæ fructꝰ squamos: rotund.
Ein dergleichen Fru: rund formb.
Orbicula: peregrin: fructus neruis distinctus.
Ein frembde runde frucht, so mit adern abgetheilt.
Guyanæ fructꝰ Squamosus, forma trochi.
Ein Schüpichte Fru: aus Guijna


Fr: arboris laniferæ ex Insula Iaua.
Fru: eines Wollenbaums aus der Insel Iaua.
Ananas Indicum.
Fructus Guanabani siue Baobab.



TAB. I.



OMnes inter fructus, quos Tabula haec prima Lectorum exhibet oculis, caput erigit ANANAS, Plantarum Regina, in quam παμμήτηρ Natura omnes gustus suavitates, omnes saporis illecebras contulit. Hunc fructum cum nemo fusius accuratiusque descripserit *optimo nostro Parente* in Commentat. de *Ananasa* sive *Nuce Pinea Indica*, vulgo *Pinhas*, auctarii loco *Hesperidibus Noribergensibus* addita, delibare ex ea nonnulla licebit. *Americam* haec Planta agnoscit *patriam*, et quidem in illa Novi orbis parte *Brasiliam*, quamvis *Mexicanae* et *Haytanenses Ananasae* quoque praestantissimae, ac in *Antillarum* Insulis, *Jamaica*, *Francia Aeqvinoctiali*, *Cajenne* et *Gvajanensi* tractu laete propullulent. Apud omnes tamen Historiae naturalis scriptores in confesso est, e *Brasiliensi* et quidem *St. Crucis Provincia* in *Orientalem Indicam* transplantatam fuisse hanc Plantam, successu equidem adeo felici, ut Brasilienses fructus proceritate et deliciis saporis paene vicant. Sic in *Java majori*, *Malabar*, *Sinensi* Imperio, *Siamensi*, *Bengalensi*, *Ceylonensi* regnis, maxima Ananasarum jam copia. Nec *Africa* hoc pariter vacat fructu ; e Gvinea enim ante seculum Belgium accepit, et Horto in *Capite bonae Spei* dicto, a Belgis ad munimentum inibi exstructo, e Batavia intulit Amplissimus Senator *Cleyerus*. Nec ab aliis *Africae* Insulis *Mascurenhas sive Borbonia*, St. *Mauritii* &c. &c. extorres hodie sunt. Ante aliquot lustra *Europae Germaniaeque* tandem nostrae illatae, ut in *Illustriss. L.B. de Munnichhausen, Magnae Britanniae Regis Electorisque Hannoverani Consil. et Thesaurarii Horto Swebbertiano* aliquot centenae Ananasarum laete in invidiam Brasiliensium progerminent, et nunc vegetam quoque, vigentem et floridam in horto Noribergensi domestico *Excell. Dn. D. Volkameri* intueri licuerit, quam Saccharo incrustatam in *Besleriano*

apud *optimum Virum Dn. Engellandium* Muſeo nunc obviam, et in Tabula hac depictam admiratus ſum. A diverſitate Regionum fructus hic varias obtinuit denominationes: nec enim *Ananas*, *Ananaſa*, *Ananaſes*, *Nana* et *Nanana* apud omnes audit, ſed a primis *Braſiliae* incolis *Panacous* et *Hoyriri* vocabatur, *Sinenſibus Vnglay* et *Fan-polo-mie*, *Siamenſibus* Saparot, *Malabarenſibus Kapa Tſiaka*, *Mexicanis Mazatli. Oviedus* tria impoſuit nomina, *Yayama*, *Boniama* et *Jajagva*, quibus totidem deſignantur fructus hujus ſpecies. Sunt autem *Ananaſae* vel *verae* vel *ſpuriae*. Et *verae* inter ſe differunt fructuum *figura* vel ovata, vel conica majore et minore, vel *ſapore* magis et minus acri, vel *foliorum colore* et *figura*, vel *Aculeorum* ſitu et frequentia, colore et abſentia; vel *corona* denique, in quo diademate herbaceo regiae ſubolis futurae primordia, plantaeque e fatiſcente morienteque genetrice reviviſcentis, rudimenta deliteſcunt, a plaſtica terrae vi temporis ſucceſſu evolvenda et eruenda; qua *corona ſylveſtres Ananaſae* deſtituuntur. Ad *has* referendae *Kaidae* ſpecies, item *Nana brava* Acoſtae, Marggravii, *non aculeata* Pita ſive *Metle*, *Kerbita* ſpecies Karagvatae, *Chicariri*, et *Nana Pacoba*; de quibus omnibus dilectiſſimus Parens in modo laudata commentatione fuſe egit, accuratamque totius Plantae Anatomen addidit, e qua, quod fructum in Tabula noſtra expreſſum concernit, mutuo ſumimus. Eſt autem *fructus noſter* in aere depictus, *Ananaſa fructu maximo conico, ſic dicta, quod ad ſimilitudinem Sacchari in conicam figuram, Gallis Pain de Sucre, noſtratibus* Zuckerhut / *effigiata ſit.* Strobil-formis Pini Italici fructum refert, cinarae inſtar, ad quod Plantarum genus a plurimis Botanicis refertur, foliis futurorum florum operculis eleganti ſpecie conſtructis, circumſtantibus. Putamine hoc fructum quaſi obſidente fracto, *nucleus* pulpaque maturi fructus prodit. *Caro* ex albicante, (pro varietate tamen fructus) flaveſcit, ſucculenta, *Saporis* prae caeteris fructibus gratiſſimi, acido dulcis et vinoſi. In fructus meditullio *ſtylus* ſeu *corculum* eſt oblongum, rotundum, duriuſculum, ex albo flaveſcens, carne ſubdura, quae lignoſis intus eſt pertexta fibris. Credit dilectiſſ. Parens, ſtylum hunc per fructus longitudinem ad coronam foliaceam usque pertingentem, nil aliud quam caudicis cauliſque prolongationem e variis fibrarum faſciculis compaginatam, ubi mox triplex fiſtularum lignearum collectio, geminos trachearum ordines intercipit et ambit, mox gemini trachearum faſciculi unicum fibrarum acervum amplexantur et urgent, ceu e fructu per longitudinem diſſecto pateſcit. In fructu autem transverſim inciſo, oblongae et radioſae ſtriae apparent, e corculo ſive ſtylo medio fructus egredientes et ad corticem excurrentes, quarum caro magis ſucculenta et flaveſcens; continet enim pulpa Ananaſae fibrarum reticulares plexus, una cum contentis tracheis, et globulis ſive nodis acido dulcem ſive vinoſum ſuccum continentibus firmatur; areae vero utriculis lympham aſſervantibus perbelle replentur, atque hi in meditullium hiant, veluti in corde accidit, carneis lacertis et fibris valvulas ini-

ibi

ibi firmantibus. Haec fructus ſtructura, omnes ſaporum oddorumque ſuavitates continens, ut vere nominare Ananaſam queamus

Fructum fructibus omnibus priorem,
Qui ſunt, qui fuerant, erunt, priorem,
Nanam fructibus eminentiorem,
Quantum ſunt teneris cedri ſalictis.

Plura qui de ejus *Cultura*, *propagatione*, *viribus* medicis, *praeparandi modo*, *Vino inde confecto*, *noxisque* ex intemperato uſu noſſe cupit, conſulat modo citatam Parentis Commentationem.

Junctus Ananaſae FRVCTVS GVANABANI ſive BAABAB ALPINI, *Anonam* agnoſcens matrem, et quidem maximam, foliis latis ſplendentibus, fructu maximo conoide, tuberculis ſeu ſpinulis innocentibus aſpero ſecundum *Excell. Sloane in Catal. Plantar. Jamaic.* p. 204. Eſt autem fructus ſecundum Cl. *Wormium in Muſ.* lib. 2. c. 28. p. 204 *magnitudinis mali citrei mediocris, denſo duroque cortice ut cucurbita veſtitus, nullis excurrentibus ſulcis, extrema ejus parte mucronata qua arbori adhaeſit, pediculo craſſo et firmo, ſulcorum rudimenta cernuntur, in quibus lanugo quaedam eſt, quemadmodum in malis cydoniis reliquo corpore laevis. Altera* extremitas in noſtra figura in conum quoque, in Wormiana in obtuſam deſinit rotunditatem, colore fuſco. Pulpam continet ſubrubram, friabilem, quae facile in pollinem reſolvitur acidam, ori gratam, per quam ſparſa ſunt ſemina, renibus animalium ſimilia, duro cortice, qui rubente quadam materia tegitur. *Interna ſtructura* in Auctoris noſtri figura quoque expreſſa, ideoque ab Excell. *Grew.* in *Muſ. Societat. Reg.* Anglic. P. II. cap. 3. p. 195. his verbis commendata: BESLER HATH A GVOD FIGVRE HEROF, REPRESENTAY IT CVT OPEN, TO SHEW THE SEEDS. Confer. quoque *Cluſ. Exot.* Libr. II. cap. 1. p. m. 21. ſeqq. *Cl. Legatum in Muſ. Coſpian.* L. 2. c. 25. p. m. 137. *Muſeum Calceol.* ſub nomine fructus *Kabub.* p. 598. Muſ. Moſcard. Libr. III. cap. 117. Varias Gvanabani ſpecies recenſet R. P. *Plumier de novis Plantarum generibus* p. 42. Rev. P. Bonanni in Muſ. Kircher. Cl. VII. n. 30. p. 240.

FRVCTVS ARBORIS LANIFERAE EX INSVLA JAVA, CEIBA ſive *Cerba*, a Brachmanis *Valli Sànvari*, a Malabarenſibus *Moul-elevau* dicitur. Arbor ipſa procera eſt et admiranda altitudine quinquaginta, craſſitie octodecim pedum menſuram haud raro ſuperans. Panjae ſive Arboris Lanigerae ſpecies in Horto Malab. T. III. Tab. LI. deſcriptae eſſe videtur, et fructus quoque Panjae, fructibus his plane ſimiles oblongo-rotundi, intus in quinque loculamenta, alba ac nitente lanugine ceu goſſypio referta, diviſi, intra quam lanuginem, dehiſcente demum fructu, obſervantur ſemina numeroſa, rotunda, glabra nitentia, non tamen triplici, ut in Panja, ſed duplici ordine locata. *Plura vid. in Hort. Malab.* T. III. Tab. 52. Excell. *Plukenetius in Phytograph.* Tab. 89. Fig. 2. Iconiſmum exhibet noſtro perſimilem, magis tamen apertum, et goſſypina vellera in majus ſpatium diffundentem, quem fru-

ctum ab insigni Botanico *Dn. Gvilelm: Courtene* dono accepit, arboremque definit: *Xylon sive Gossypium orientale, foliis digitatis per marginem crenatis, fructu quinquecapsulari conoïde lanugine leucophaea referta; quae lanugo propter brevitatem carminari non potest, neque lintea inde confici, sed lectulis et pulvinaribus conficiendis inservit.* Cavendum tamen, ne lana haec flammam, vel minimam scintillam excipiat; nam ignis tenaciter inhaerendo late serpit, nec aqua restingui valet. Vid. *Bontius Hist. nat. et medic.* Libr. 6. c. 14. p. 105. *Mus. Worm.* p. 205. *Clus. Exot.* l. 1. c. 12. *Mus. Soc. Reg. Angl.* pag. 195. seqq. Nisi omnia me fallunt, haec Arbor quoque in *Gvinea* crescit, et a Cl. *Bosmanno* in descriptione Gvineae p. 307. delineatur. Confer et *Chabraeum* Sciagr. Stirp. p. 26.


FRVCTVS EXOTICVS STRAMMONIAE SIMILIS, quam arborem matrem agnoscat, ignoramus; idem certe fructus est ac ille a *Joh. Bauhin.* T. I. libr. III. descriptus *Strammoniae modo tuberculis obsitus*: vel *fructu ovali ex fusco subrufescens, tuberculis mucronatis obsitus* C. *Bauhin.* in Pinac. p. 406. Cl. *Sloane* hunc fructum saepissime collegit in Insulae Jamaicae littus ejectum, cum aliis marinis recrementis. Annon *fructus echinatus secundus Chabraei* Stirp. Sciagr. p. 21.

FRVCTVS PEREGRINVS ABIEGNAE NVCI SIMILIS ille est, quem omnium optime descripsit Clusius Exot. libr. II. c. 3. *forma nempe Cylindroide, multis squamis imbricum modo dispositis constans, in medio nonnihil compressis oris tenuioribus et quodammodo villosis, instar abiegni strobili, sed brevior, colore spadiceo gravis et nucem vel nucleum continet.* Qualis arbor hujus fructus, et Cl. Clusium latet, credit tamen vir βοτανικώτατος plurimum accedere ad *Palmampinum* a Lobelio descriptam; vel ex mente Ill. *Grew in Mus. Soc. Reg. p.* 200. ad *Palmam coniferam.* In *Curis posterioribus Clusius* ramum undecim fructibus his gravidum recenset, ubi insimul figuram ab Ill. *Fabricio de Peiresce* melius delineatam exhibet. Annon *Tecotl Mus. Worm.* p. 204. seqq.


GVAJANAE FRVCTVM SQVAMOSVM ROTVNDVM Auctoris nostri ex *Anonae* specie quadam originem trahere vix ambigo, determinare tamen illam non audeo. *Clusii* descriptio accuratissima, quam exhibet Exot. l. 2. c. 3. p. 25. *Juglandem, externum illum viridem corticem adhuc retinentem crassitudine superat, orbicularis paene figurae, magis tamen depressae, et quasi in umbilicum sidentis suprema et ima parte (inter quas trium fere unciarum est interstitium) et paene sex unciarum ambitu; constat vero veluti squamis eleganti serie in obliquum dispositis, ab extimo versus petiolum tendentibus, illisque quodammodo sectis et lacunam habentibus per longitudinem; squamulae autem petiolo proximae sursum vergere nonnihil videntur. Nucis color splendens et spadiceus, eaque nucleum continet; nam commota et agitata strepitum edit, valde tamen levis est pro ejus crassitudine.* Videtur hunc fructum quoque Cl. *Olearius in Museo Gottdorff.* Tab. XIX. fig. 3. descripsisse, et *Chabraeus* Sciagr. Stirp. p. 21. sub nomine *Nucis Indicae tessellatae.*

ORBI-

FRVCTVS.



Piceæ fructus.
Roter dannenbaumen Nueß.



Tedæ arboris conus.
Underer Fichtenbaum fr:



Pinastri maritimj fr:
Frembder Fichtenbaum frucht.




Pinus fructifera Gall:
Kleiner art pinennußlein.




Conus pinus satiuæ.
Pinen Nußlein.




Conus cedri Liban:
Cedern nueß von Liban:



Suber.



Glans Ilicis.
Stein Aichel.



pantoffelholtzbaum fr:



Conus Laricis.
Lerchenbaum fruch.

ORBICVLA PEREGRINA, FRVCTVS PEREGRINVS NERVIS DISTINCTVS, consimilis videtur illi fructui, quem *Clusius* Exot. l. 2. c 9. fig. 2. exhibuit, orbicularem, qui pulvinato aliquo integumento inclusus fuisse visus, conjectura facta e fibrarum, quibus putamen praeditum fuerat, vestigiis impressis. Vel certe pertinet ad illos, nervis distinctos peregrinos fructus, quos cap. X. sequenti descripsit.

GVAJANAE FRVCTVS SQVAMOSVS FORMA TROCHI, est ex Arbore *Anona* foliis odoratis minoribus, fructu conoide squamoso dulci violaceo, secundum *Cl. Hermannum in Catal. Plantar.* fructu purpureo est in Ejusd. *Paradis. Batav.* Illustr. *Rajus* fructum viridem conoidem pronuntiat; Excell. *Plukenetius* autem Phytograph. Tab. 134. Fig. 3. *fructum e viridi et luteo cortice squamato aspero, nucleis nigri cantibus parvis*, (cui noster persimilis) delineat. In *Hort. Malab.* T. III. p. 21. sub nomine *Ata-maram* describitur *fructus sive Conus, qui maturus magnitudinem habet citri vulgaris, exterius viridis ac striatus, interius vero albicans, nec non medulla succulenta saporis grati, odorisque suavis refertus.* Sed ut verum fatear, nimium quantum Figurae Iconismus a nostro discrepat. Per omnia autem nostro aequalem exhibet *Clusius*, e Baly Insula Javae vicina delatum fructum, cujus accuratam addere descriptionem consultum duxi: „Suprema parte est angustior" et velut in metam desinens, ut quodammodo ficus aut Pyri formam" aemuletur; aspero tectus est cortice, et ab infima parte sursum versus" densis ordinibus, veluti squamularum sibi mutuo incumbentium orna-" to, quae sejungi nequeunt, sed cum integro ordine non valde denso" eximi possunt, flavescentis coloris, dum recens ex conditura exem-" tus, deinde subfusci. Continet pulpam albam, odoratam, instar py-" ri formatam, sapore acrem, continentem in medio ossiculum solidum" in metam assurgentem." Plura vid. apud citat. Clusium.

TAB. II.

COnis glandibusque dives haec Tabula exhibet primo PICEAE FRVCTVM, sive *Conum Abietis marinae* a Bauhino et Bellonio fuse descriptae; in Alpibus Burgundicis et Bosphoro Thracico passim obviae. Meminit hujus *Beslerianae piceae* Illustr. Grew in Museo Societ. Reg. Anglic. P. II. cap. V. p. 212. sub nomine *A cone of the Male Firr*, optimeque sculptam esse praedicat *curiosly pictur'd by Besler;* nec mirum, cum ubique in sylvis nostris abundet, perennetque.

TEDAE ARBORIS CONVS fructus est Pinastri sive Pinus sylvestris Hispanicae majoris Clusii, quae ab Anglis Hortulanis, teste Excell. *Plukenetio*, de *mountaine Pine* dicitur. Vid. quoque *Matthiol. in Dioscorid.* p. 100. Passim in sylvis Noricis laete progerminat.

CONVS PINVS SATIVAE C. B. P. proles arboris Coniferae sive fructus squamosos et siccos, polyspermos in coni seu metae for-

mam plerunque turbinatos habentis, foliis longioribus, binis ex eadem theca ſeu tubulo prodeuntibus; nuclei ſunt oblongi candidi incluſi, (mediante tunica rutila,) oſſiculis craſſis et duris ſquamato cono diſpoſitis, ſaporis ſubdulcis impinguantis, qui cum in omnibus officinis abunde proſtent, ſatius duxi de his ſilere quam proletaria proferre. Strobili Pini magnae proceritatis habentur, e quorum numero et noſter; hinc Martialis L. XIII. Epigr.

Poma ſumus Cybeles; procul hinc diſcede, Viator,
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.

CONVS PINVS FRVCTIFERAE GALLORVM, ſativae quoque pinus ſtrobilus, qui a priori non niſi magnitudine differt, hinc nuclei e pinu hac prodeuntes *les petits pignons* dicuntur Gallis.

CONVS CEDRI LIBANI, fructus arboris a Bellonio et Lobelio uberrime deſcriptae et delineatae; coniferae nempe foliis perpetuis anguſtis agminatim in tuberculos ſive penicillos velut congeſtis, conis magnis ſurſum ſpectantibus, ut Excell. *Rajo* placet. *Olearius* in *Muſeo Gotdorff.* figuram coni hujus cedrini exhibet a Fratre Jacobi Golii, Linguae Arabicae Vindicis, in Libano monte degente ipſi transmiſſi, ſed ab *Iconiſmo Besleriano* nonnihil diſcrepat, cum alias optime figurae inter ſe conveniant, ut ovum vix ovo ſimilius. Hunc Auctoris Cedri conum ceu exactum extollit Excell. *Nehem. Grew in Muſ. Soc. Reg.* P. II. p. 212. *(in which Besler is more exact,)* qui curioſa de proceritate arboris hujus adduxit. Coni hi ſemper in caelos ſpectant, ramuſculorum extremitati ſic agglutinati, ut decerpi nequeant, niſi ramuſculi particula una evellatur. Vid. *Muſ. Septal. Terzagi* p. 67. et *Scarabell.* p. 134. *Muſ. Worm.* p. 195. *Matthiol. in Dioſcorid. 122.* Muſ. Moſcard. Libr. III. cap. 87. p. 251.

SVBER vel potius GLANS SVBERIS arboris glandiferae apud antiquos notiſſimae, (Graecis φέλλος a φελλέυω, quod *aquis ſemper innatet,*) caudicoſae parumque hamoſae, procerae tamen, ligno robuſto, cortice uno craſſo, disrumpique ſolito, folio fraxini craſſo, oblongiori et deciduo, fructu glandoſo Agriae ſimili, calice autem proxime ad illum accedens, quem ab Anglis ex *Windecaw* allatum Cl. *Cluſius* deſcripſit, et a Virginiae Hiſtoriae ſcriptoribus *Mangunnauk* appellatur. Vid. pariter *Matthiol. in Dioſcorid.* p. 180. Excell. *Valentini* Muſ. Muſ. T. I. p. 257. et prae omnibus *Pomet l'Hiſtoire generale de Drogu.* T. I. Libr. IV. cap. 9. p. 136.

GLANS ILICIS MAJORIS Arboris foliis perpetuis aculeatis cocciglandiferae, quae in Hiſpania, teſte *Cluſ. rar. Stirp. Hiſt.* libr. I. c. 5. *Caraſca* nuncupatur, cujus glandibus inibi in ſecundis menſis pro caſtaneis veſcuntur, quibus etiam haec noſtra accenſenda. Differt tamen haec Ilicis glandiferae in proceras arbores adoleſcentis ſpecies ab *Ilice coccigera* Monſpelienſium, quae exilitate diſcrepat, et quod *Coccos Kermes* dictos non glandes ferat ab Hiſpanis *Caſcoja*, a Gallis *Arbres de la Grain d'Eſ-*


FRVCTVS.
Tab. III.
Piper caudatum.
Stiel Pfeffer.
Piper nigrum.
Schwartzer Pfeffer.
Piper longum
Langer Pfeffer
Piper album
Weißer Pfeffer.
Caryophylli cum suo fructu.
Gewurtz Nagelein.
Piper Æthiopicum
Moren Pfeffer.
Nuces muscatæ variæ cum flor.
Etliche art Muscatnuß mit der bluh.
Cinnamomi fructus
Zimet.

d'Escarlatte dicitur. Vid. Strobelberg *Tr. de Cocco Baphica* cap. I. *Matthiol in Dioscorid.* p. 180, 727. *Pomet l'Histoire generale de Drogues P. II livr.* I. chap. XXVI.

CONUS LARICIS Arboris coniferae et resiniferae, cui sunt semina plura foliacea bina juncta cum nucleo intus candido, pericarpio squamoso duriori seu cono hic expresso ex plurimis squamis composito breviori inclusa. Flores a fructibus sejunctim perfecti, folia acuminata decidua. Totius Plantae habitus est arboreus procerioris staturae. In Alpibus Rhaeticis Tyrolensibus aliisque sponte nascitur, atque in Agro nostro, rarius licet, hodie obvia, Therebinthinam fundit, Agaricumque fungum Officinis suppeditat, ceu omnibus notum.

TAB. III.

AD illustrandam *Aromatum Historiam* haec inservit Tabula, ubi primo loco se sistit *PIPER CAUDATUM*, quod optime descriptum a *Clusio* Not. in Garc. ab Orto L. I. c. 22. p. 183. 184. seq. et a Cl. *Wormio* in Museo p. 214. qui Piper Benin esse suspicatur, quas caudati Piperis uvas Lusitani *Pimenta del Rabo* nominant, cubebis fere similes. Cl. *Marggravius* Hist. Bras. L. II. c. 13. sub nomine *Nhamdu* Brasiliensium, et Lusitanorum *Bebe* Piper caudatum exhibet, quod tamen a nostro plane diversum esse videtur.

PIPER NIGRUM crescit in Planta *Molago Codi* a Malabarensibus, a Bramanis *Miri* dicta, sarmentosa, imbecilli et caduca instar Lupuli salictarii, quae ut fulciatur, pedamentis indiget, quocirca Indi ad Arborem *Fausel*, Siamenses ad spinosam arborem *Moe ton lang* serere solent, quam circumvolvendo scandit: sarmenta habet frequentibus nodis et geniculis distincta, quae humi sparsa radices agunt, Ad singulos nodos, singulare protrudit folium subrotundum acuminatum nervosum, flosculis spicatis monopetalis tripartitis. Ad racemorum internodia uvae nascuntur constantes ex acinis rotundis, racematim in petiolo viridi, viginti imo triginta simul proveniunt, primum virides et aequali superficie, dein rubri; ad maturitatem perducti decerpuntur, a quo tempore cortex nigrescit, ceu fuse haec legi possunt in *Hort. Malab. T. VII.* p. 23. *et dans le second Voyage du Pere Tachard au Royaume de Siam* p. 247. seqq *Nieuhoof en de gedenkweerdige Zee en Land Reize* p. 259. De differentia, delectu viribusque curiosissima, uti solet, collegit Excell. *Valentini in Mus. Museorum* p. 297. seqq. et literas quoque *Herberti de Jäger* de cultura Piperis in India Orientali *Appendici Mus. Mus.* p. 90. adjunxit. *Clusius* quoque consulatur Exot. L. 2. c. 19. p. 18. seqq. Elsholz. Diaetetic. L. V. cap. 1. p. 247. *Pomet l'Histoire generale de Drogues* P. I. livr. VII. chap. 2. qui piperis nigri a Belgis nobis Europaeis transmissi tres species a natali solo differentes constituit, nempe Piper ex *Malabar*, ex *Jamby* et ex *Bilipatham*, pluresque alii Hist. nat. scriptores, quos pagina non capit.

PIPER ALBUM a nigro, si optimis hodoeporicorum scriptoribus fides habenda, non differt, et licet in *Hort. Malab. T. VII. Tab. XIII. Cattu Molago* Planta sylvestris, a Lusitanis *Piementa Domatio*, a Belgis *Witte Peper* oculis exhibeatur, et acini cum vero pipere conveniant, nunquam tamen merx haec apud indigenas pro Pipere venit, cum plane insipida sit. Nec nos movet, quod Ludovicus Romanus apud *Wormium in Museo* arborem albi piperis feracem, crassiorem et proceriorem esse referat, cum jam olim *Piso*, et post eum *Herbertus de Jäger* in Epistola Indica *Mus. Mus. Valentiniano* annexa, et *Horti Malabarici Commentator* fucum annotarint, quod nempe cortice nigro in aqua macerato, et creta cineribusque postea aspersis, dealbatio Piperis fiat; vid. pariter Dale in Pharmacol. p. 446. Contrarium tamen probare nititur *Pomet l'Histoire gener. de Drog.* P.I. libr. VII. cap. 1. p. 192. qui plurimum pro albo pipere militat.

PIPER LONGUM proles est Plantae Bengalensium *Pimpilim* a *Pisone* in Mant. Aromat. p. 183. et Mexicanorum *Mecaxochitl* ab *Hernandez* apud *Nard Anton. Recchum in Histor. Mexic.* p. 144. et Bramanum *Tirpali Malabarensium Cattu Tirpali H. Mal. T. VII. Tab. 14. et 27.* descriptae. Lusitanis dicitur *Pimenta longa*, Belgis *lange Peper*. Caules hujus Plantae rotundae virides, nodulati minus lignosi, novos hincinde ejiciunt surculos claviculatos. *Folia* circa nodos caulium, longissimis interne striatis petiolis erumpunt, forma ut *Cattu-Molago*, est longiore minus cuspidata, fuscioris viroris quam *Molagò-Codi*, circa basin incisa, textura valde tenui et molli, superficie lenia, viroris in recta parte fusci, in sinistra clari. *Flores* monopetali, quinque vel sex partiti, arctissime *fructibus* insidentes, qui oblongo rotundi sunt, spiris obliquis parallelis in superficie ex diversis partibus striati in spirarum intersectionibus veluti parvis rotundis foliolis scutiformiter obducti; inter spiras *gemmae* apparent, quibus *flores* insederunt, eminentes et nigricante puncto notatae, primo ex viridi flavae, carne intus ex flavo albicante; dein viridi fuscae, carne viridi fusca; maturae et siccae e cinereo nigricantes. In fructibus transversim dissectis interstitia videntur, in quibus semina oblonga et nigricantia continentur. Nec te moveat B. L. Iconismum Horti Malabarici a nostro *Besleriano* differre, quippe illius fructus planta adhuc virenti delineatus atque ideo tam crassi et pleni succi, cum apud Auctorem nostrum exsiccati, multoque tenuiores longioresque appareant. Nieremb. Hist. natur. Libr. XV. cap. XIII. p. 340. sub nomine *Tlatlan cuyà* piper longum describit. Vid. quoque *Clus. Exot.* libr. I. c. 20. p. 20. De Pipere longo Sinensi Cao Patria Sinensis in Descript. Sin. Art. XXIII. p. 215.

PIPER AETHIOPICUM Matthioli et *Piper Nigrorum Serapionis* est apud Bauhin. Lib. XV. c. 46. Provenit secundum Wormium in Museo, in siliquis nigris racematim Pisorum aut Phaseolorum modo, granis Pipere nigro minoribus et pertinaciter siliquis inhaerentibus. Descri-

ſcribitur pariter ab Illuſtr. *Neh. Grew* in *Muſ. Soc. Reg.* ſub nomine Anglico, *Aethyopian Peeper*, ubi Auctoris noſtri figura aeri inciſa laudatur, *by Besler curiously figur' d. Pomet dans l'Hiſtoire generale de Drogues* P. I. lib. VII. cap. VIII. p. 197. hoc Piper *grana de Zelim* dicta vult. Vid. quoque Calceolar. Muſeum p. 589. Matthiol. in Dioſcorid. p. 434. Muſ. Muſ. Excell. Valent. p. 299. Muſ. Moſcard. Libr. III. cap. 89. p. 252.

CINAMOMI FRVCTVS ab Auctore aeri inciſus, cum reliquis a probatiſſimae notae ſcriptoribus oculis exhibitis apte convenit. Mercium haec Indicarum delicatiſſima, ex optimi Senis *Excell. Wedelii* judicio, *optimum in Terra Majeſtatis divinae exemplum praebet inter Aromata cinamomum.* Peculiaribus diſſertationibus expoſuerunt *Joh. Phil. Hoechſtetterus* ſub Praeſidio J. T. *Schenckii* Jenae 1670. ibidemque paucis ante Annis ſub *Wedeliano* Praeſidio G. Ch. *Titius* Anno 1707. Cl. *Dechsbach* diſp. inaugur. Marpurg. Anno 1690. habita de *Caſſia Cinamomea et Malabathro*; et Traject. ad Rhen. Anno 1709. *Ch. Lud. Göller Ratisbonenſis*, cujus ultimi Schediasma ideo reliquis praeſtantius videtur, quod ipſi exoptatiſſima occaſio data fuerit, cum viro quodam Clariſſimo, ac indefeſſo curioſarum rerum perſcrutatore, colloquendi per literas. Is ipſe autem caput et Praefectus eorum, quibus Corticis Cinamomi in Inſula Ceylon collectio incumbit, et per viginti jam annos, et quod excurrit, in iis Indiae Orientalis locis hoc officio fungitur, omniaque ſedulo inquirendi occaſione minime deſtituitur. Ab hoc honoratiſſimo viro, cum non ſolum literas acceperit Cl. *Göllerus*, ſed et ciſtulam variis rebus curioſis refertam, interque illas, quae praecipue ad varias Cinamomi ſpecies pertinent, novamque Arboris Hiſtoriam, decorticandi modum, cinamomum propagandi et creſcendi, non ingratum fore B. L. judicavi, ſi occaſione fructus ab Auctore noſtro delineati, quaedam ab aliis forte nondum animadverſa e diſſertatione Görleri, qui in Patriam redux in flore jam aetatis caelitum adſcriptus choro, promerem. Et quidem quod ad ipſam *Arborem Cinamomiferam attinet, eam nec ad nuciferarum, nec pruniferarum, nec glandiferarum genus referri poſſe docet, ſed anomalam conſtituere, diverſaeque eſſe altitudinis et amplitudinis, cum aliae creſcant in magnitudinem mali Perſici aut Pruni, aliae annoſiores nempe tiliis, quercubus et populis proceritate non cedant, ita ut circumferentia Cinamomiferarum Arborum ad octo vel novem pedum latitudinem aſſurgat. Annoſae tales Arbores cortice teguntur craſſo, juniores tenui. RAMOS arbor habet multos eosque longos ſatis et craſſos atque enodes, non contortos ſed rectos magis, qui perpendiculariter quaſi in altum aſcendunt. Ex hiſce ramis emittuntur RAMVLI minores, e quibus enaſcuntur FOLIA, quae modo bina proveniunt, modo ſolitaria, annexa petiolis brevibus et tenuibus. FOLIORVM FORMA eſt oblongo rotunda, lauri Ceraſi foliis non multum abſimilis; longitudo duplo major circiter eſt latitudine, ex baſi latiori in acumen deſinit, differt vero ratione arboris*

 hujus

hujus ſpecierum. COLOR eorum grata et diluta viriditate ſe commendat, et viſum recreat; altera vero parte ſunt pallidiora. Quae de *Peculiari Charactere Foliorum* annotavit Auctor, attentionem certe merentur. *FLOREM arbor habet jucundiſſimum, qui ex iisdem ramulis, e quibus folia enaſcuntur, excreſcit, et admodum eſt parvus, colore candido ſuperbiens vel ex candido vireſcente, eſtque monopetalos, infundibiliformis ſtellatus: quippe flos ille monopetalos in ſex folia diſpeſcitur, quae ſtellae in formam ſe explicant, in medio totidem ſtaminula exſurgunt palleſcentia, inſidetque calici exiguo virideſcenti. Florere incipit menſe Januario, et flos odore ſuo gratiſſimo ſatis ſe commendat, quo ad Lilium convallium accedit. Defluxo Flore emergunt FRUCTUS, qui ſunt baccae oblongo rotundae, minoris olivae magnitudine et figura, primo ſunt virides, hinc quo magis ad maturitatem vergunt, eo magis incipiunt ruffeſcere, donec tandem perfectam adeptae maturitatem nigreſcant, vel potius ex fuſco in caeruleum colorem abeant, cum egregio quodam nitore. Conſtant vero pellicula tenui, totam baccam ambiente, quae includit pulpam ſeu carnem paucam, ſub qua continetur nucleus unus grandis, totam explens cavitatem, oblongo rotundus et glaber, qui cingitur Cortice tenui quidem, ſed fortiori tamen cartilaginea, qua ademta nucleus apparet, qui per medium fiſſus in duas dividitur partes; pulpa conſtat denſa, quae coloris eſt quaſi incarnati ſeu ex albo in rubrum vergentis. BACCAE hae inſident CALICI SIVE CUPULAE, quae ſex cuſpidibus acuminatur, ſulcis variis exaſperatur, et colore praedita eſt vireſcente, fuſco, non aliter ac quercus fructus capulis ſuis.* Longius fui in fructus deſcriptione excerpenda, cum haec apte cum figura ab Auctore noſtro expreſſa conveniant. *Lignum* arboris albicantem habet colorem, neque adeo durum et ſolidum eſt, ſed mollius magis et poroſius; adhibetur tamen, *Baldaeo in deſcript. Inſul. Ceylon* teſte, ab incolis ad exſtruendas aedes: ſaporis et odoris omnis expers eſt. *Radix* pro Arboris proceritate variat, cortice tecta exterius obſcure ruffeſcente, interius ejusdem coloris non nihil exaltati odorem ſpirante fortem camphoraceum et ſapore eodem conſpicuum. Suavitas igitur omnis aromatica reſidet in *Cortice* arboris Cinamomi, quo *triplici* tegitur, externo uno, altero mediano, tertio interiori, qui immediate ligno adjacet, et non niſi pellicula eſt tenuiſſima et ſubtiliſſima, plurimis plane incognita, niſi *Excellentiſſimo Hermanno,* qui vim Cinamomi in interiori hac pellicula adeo concentratam eſſe tradebat, ut ejus ſcrupulus unus plus praeſtiterit, quam integri Corticis uncia dimidia. Plurima hac de *fragrantiſſima pellicula,* cortici mediano fragrantiam communicante ſequuntur, item *de IX.* vel *X. Cinamomi ſpeciebus*, de *Propagandi*, *colligendi* et *creſcendi ratione*, quae omnia praetereo, curioſiſſima licet ſint, ne B. L. nimia prolixitate taedioſus exiſtam. Confer quoque *Herbert. de Jäger* in *Append. Muſ. Muſ.* qui Hiſtoriam Cinamomi naturalem illuſtrantia quamplurima ſuppeditavit, et *Pomet l'Hiſtoire general.*

neral. de Drogves P. I. L. IV. chap. I. p. 125. ut alios Auctores innumeros, qui proletaria de Cinamomo tractant, silentio praeteream. Imprimis de Sinensi Cinamomo, uberrime in Provincia Quoanysi proveniente, vid. Dion. Cao, ipse Sinensis, in Patriae descriptione Art. XXIII p. 216.

RAMUM nunc *CARYOPHYLLIS AROMATICIS GRAVIDUM* porrigit tabula, adjunctis *ANTHOPHYLLORUM* binis schematibus, immaturis nempe et maturis fructibus arboris Caryophylliferae, *Tsinka,* vel secundum Linschotanum *Chamke* dictae, olim Moluccensium solum Insularum incolae, nunc autem non amplius ibidem obviae, cum Regis Moluccani consensu omnes eradicatae fuerint, inque Amboinam Belgici regiminis Insulam transplantatae, ubi nunc solummodo luxuriant, lucripetae Belgarum voluntati expositae, cujus aromatis pretium pro lubitu augent minuuntve, et Moluccarum Regulo, quod omnes in regno caryophylliferas arbores aboleverit, singulis annis 24000. florenos solvunt, referente hoc Excell. *Muntingio en de nauwkeurige beschryving der Aerdgewassen* p. 149. In Sina tamen Caryophylliferas pariter provenire arbores, testis est Sinensis Cao in descript. Patriae l. c. Celeb. *Plukenetius in Phytograph.* Tab. 155. ramum pariter exhibet caryophyllis partim capitellis convexis, operculis florum, partim floribus expansis instructum, visui jucundissimum; omnes tamen elegantia vincit Caryophyllorum ramus apud *Neuhofium in de gedenkweerdige Zee en Land Reize* p. 31. depictus et descriptus; Procera alias arbor caryophyllifera, cujus Caudex ad corporis humani crassitiem accedit, et *nobiliss. Wurfbeinius*, Beatiss. *Hermetis Parens*, in *Itiner.* vernacula lingua conscripto arbores caryophyllos ferentes observavit, quae binas cum semisse emensae fuerint ulnas. *Folia* laurinis latioribus similia, oblonga, lata, glabra, et splendentia, odore aromatico. *Flos* fragrans primo albicans, postea viridis et tandem ruffescens, ubi se expandit tetrapetalos, quamvis *Cl. Tournefortio* polypetalos rosaceus audiat. Fructus autem Caryophyllorum aromaticorum nomine venientes sunt immaturi, oblongi instar clavis angulosi, depressi, rugosi, e rubigineo-nigricantes quatuor decussatim stellatis apiculis notati, cum medio capitello convexo, et cavo futuri floris rudimento e Cl. *Hermanni* delineatione; cum e contrario Anthophylli sint fructus maturi, caryophyllis crassiores et tumidiores, includentes sub Cortice duriusculo semina oblonga, fusca, saporis et odoris ejusdem cum Caryophyllis, qui Saccharo conditi pariter ex India ad nos adducuntur, Caryophyllis virtutibus longe inferiores. Inserviunt tamen arborum propagationi, cum ex illis deciduis nova iterum enascatur arbuscula. Haec de Aromate ubivis obvio sufficiant, cum hanc materiam penitus exhauserit sub *Praesidio Excell. Hofmanni* Hallensis *D. Fridel.* Halae 1701. ubi Auctorum, qui hoc de Aromate scripserunt, latissima collectio. Prae omnibus vid. *Pomet l'Histoire general. de Drogves* P. I. Livr. VII. chap. X p. 198.

NVCES MOSCHATAE VARIAE CVM FLORIBVS ab *Auctore* hac tabula depictae, tantum meruere applausum, ut Dn. *Diezius* disp. inaugurali Giessae Anno 1682. hac de Nuce habita, et Excell. *Nat. Curios. Arion*, in *Moschocaryographia*, sive *Nucis Moschatae curiosa descriptione*, eas mutuare, operibusque praefigere non veriti sint, ut omnibus, qui hoc inspicere dignantur patet; congessit Excellentissimus *Paullini* omnia, quae hac de Nuce dici possunt, cui si Cl. *Schulzii* dissert. Medicam Anno 1709. Vltrajecti demum habitam addes, vix desiderare amplius hoc de aromate quid poteris. Exhibet ultima haec dissertatio figuris elegantissimis aeneis, non solum *Ramulum* e nuce myristica progerminantem, sed et, quod ab Auctore nostro factum, *Nucem integram* cum operimento, et *binas Nuces uno calice tectas*, *Nucem Maci involutam*, cum *testaceo et nuci proximo involucro*, *Nucem moschatam marem* et *foeminam*, cum *nucibus vulgo regiis* dictis. Delibabimus ex hoc fonte, multis historiae naturalis scriptoribus indicta et praetervisa. Excell. *Rajus* arborum Nucis hujus pruniferis accenset, Schulzius non contemnendis rationibus *nuciferis* vendicat. *Banda* prae caeteris orientalibus regionibus arborem harum feracissima, ut bis et juxta nonnullos, ter in anno, prout nempe tempestas illis arriserit, colligi possint. *Lignum* arboris spongiosum, nullam vero habet peculiarem cavitatem, ut aliis placuit; *Folia* aliquo modo conveniunt cum laurinis, maxime cum Lauro-Cerasi foliis, non tamen in ambitu serrata, qualis Matthioli error, brevi pediculo nitentia, quibus e ramis dependent, laete viridescentia, splendentia, subrotunda, in postica parte cinerea notato unico nervo cum pluscul is venis per folii longitudinem oblique decurrentibus; spirant recentia, et per multos adhuc annos sicca, suavem aromaticumque nuci aemulum odorem, si paululum terantur. *Arborum* Nucis hujus *sylvestrium* plures dantur species, quam cultarum. *Flores* sunt conflati ex quinque albicantibus fimbriatis petalis, quas Excell. *Muntingius* cerasorum et Pomorum floribus similes autumat. *Fructus* circa pediculum nonnihil turbinatus, triplici tunica seu operimento cum nucleo rotundo medio incluso. *Tunica seu integumentum* illud exterius primum est crassum villosum fungosum, et quasi pulvinatum, molle equidem, sed satis densum ut in juglandibus et castaneis coloris viridescentis. Cum maturescit fructus, fiunt flavae purpureaeque maculae conspicuae in Calice, quae pro maturitatis signo ab incolis habentur; hinc dehiscit, in ea parte ubi sulcus illud dividit, et ostendit alterum sub eo latentem *Corticem*, qui duriorem et ligneum istum reticulatim certis in locis ambit, et pertinacius circa pediculum haeret, alioquin liber ubi levi compressione facile avellendus, hic admodum rubentem et elegantem in principio habet colorem, sed si saltem per paucas horas aëri exponatur, statim elegantiam amittit et in flavescentem abit; dantur tamen nuces, sub quarum calyce nullum macis vestigium; Sic *macis* quoque non rubente et flavescente colore, sed *albido* reper-


repertu datur, quod a vermibus, materiam oleosam intra has membranas contentam exedentibus, fieri credit diligentissimus *Loewenhoekius. Involucro macis* (quod improprie *florem*, Germani Muscat-Blüth vocant, cum nihil minus existat quam flos, sed potius *membrana*, seu *medium nucis operimentum*) subjacet adhuc aliud durum testaceum, corticosum ex spadiceo ruffescentis coloris, lignosum quasi, nullo nec sapore, nec odore, multis sulcis hinc inde apparentibus; hocce immediate nucleum rotundum, solidum, albicantibus et spadiceis lineis reticulatim interpolatum includit. In cortice hoc duro duo sunt distincta foramina, quae sibi mutuo adjacent, unum sine dubio ad corticem, alterum vero, uti videtur, ad nucem alendam, quod *Loewenhoekii* experimento confirmatur; nec nuce siccata cortex hic durus dehiscit, quod *Clusio* olim visum, sed vi potius secernitur, tuncque prodit nux myristica officinarum, figurae olivaris, coloris fere cinerei, extus rugosa, intus multis spadiceis venis, et ex flavo albicantibus lineis undatim, vel ut Hofmanno exprimere placuit, *multis Arabicis literis referta;* quae prae caeteris eligenda, sit insuper ponderosa, recens, pinguis intus ex fusco subrubra, multis venis oleum vehentibus gravida, cum lineae albae pabulum sint vermium, densa porro, bene compacta, acuque puncta oleum emittens, odorem et saporem aromaticum, acrem, jucundum fundens. Haec de Nuce myristica communi satis: superest, ut aliquid de *mascula* oblongiori nuce, quam Auctor quoque noster expressit, addam; non hae e gemmis, uti vulgo tradunt, sed, Neuhofio teste, ramorum extremitatibus nascuntur, et Pala Java, a Bandensibus Pala-Metsiri, a Belgis *Mannekens-Nooten* appellantur, quia plebecula sibi persuadet, hanc in cibis nucem viris datam, eos potenter ciere in venerem et solito fertiliores reddere. Est vero nucum harum forma oblonga, saepe fere quadrata, aliquando rimam habent magnam et satis profundam; coloris sunt obscurioris, saporem habent longe debiliorem, hae quantum faeminis nucibus majores, tantum etiam debiliores, pauperioresque oleo: et hanc ob causam in affectibus ventriculi et capitis commodiores habentur a nonnullis. Sic *Macis, Nucem moschatam marem amplectens*, licet aspectu pulchrior, multo tamen debilior est ejus vis aromatica; hinc ab Incolis nullo habentur pretio, et inter arbores sylvestres, *Neuhofio* teste, numerantur; nescio tamen cur nostrates has, reliquis faemellis praeferant, nisi hoc praejudicio concepto fiat, ac si, quae mares appellantur, nobiliores foemellis existant. Dantur etiam *Nuces Moschatae regiae* dictae, ab Auctore nostro in hac Tabula omissae, quae sunt omnium minimae, in una parte utplurimum rotundae, in altera planae, quanquam talem formam non semper habeant, sed modo in uno latere planae, modo undique rotundae, magnitudine vix piso saepius grandiores, succulentia tamen et odoris fragrantia majores superantes. Sufficiant haec e dissertatione Schulziana excerpsisse; plura enim desideranti jam fontes indicavi. De Sinensium Nucibus Moschatis Cao in descript. Chinae l. c.

Admirationem merentur, quae de *Nuce Moschata Theving* dicta Act. Philosoph. Anglic. Mens. Januar. 1669. memorant, quod toto Moschatarum nucum acervo immixta, quamvis unica sit, omnes tamen reliquas corrumpat; qua de exitiali nuce, altum apud omnes Historiae, naturalis scriptores silentium; nec *Pomet dans l'Histoire gener. des Drogves* Livr. VII. Chap. XII. p. 201. seqq. hujus meminit.

TAB. IV.

DEsiit in Aromatum Historia Tabula prior: haec sequens in enarratione ulteriori pergit, et primo statim intuitu *TRIA CARDAMOMORVM GENERA, MAJVS, MEDIVM ET MINVS* exhibet. Communem hic veterum, imprimis quoad figurarum expressionem *Calceolarii* in Museo p. 596. *Matthiol. in Dioscorid.* Edit. Bauhin. p. 27. aliorumque erravit errorem, dum binae illae oblongae thecae Ficoides, sunt conditoria *granorum Paradisi*, *Meleguette* vulgo nominatorum, ab Africae Vrbe Melega dicta secundum *Pomet. l'Histoire gener. des Drogves* P. I. Livr. I. cap. 28. p. 40. quae e Gvinea ad nos transportantur, teste Cl. *Bosmanno dans la Description du Coté de Gvinee* p. 318. grana nempe angulosa extus spadicea, intus alba, sapore acri et fervido inter Cardamomum et piper, cum quo posteriori virtutibus coincidunt, et, quod pessimum, priori saepius substituuntur. Videntur nonnullis esse fructus Cardamomi majoris Africani Arborescentis Excell. *Muntingii en de nauvkeurige Beschryving der Aerdgewassen* Lib. II. cap. 62. p. m. 256. descripti, quam Arborem tamen ab Arbore ac fruticibus Malaguettiferis distinguit modo citatus Bosmannus l. c. p. 318. Binae reliquae species, videlicet oblonga illa pro Cardamomo majori Plantae Indicae Benzal dictae; minores pro minori accipi possunt. Omissum tamen Cardamomum medium racemosum, quod pro *Amomo Plinii* nonnulli habent, quippe verum cardamomi genus est, de quo videndus Nobil. *Maronea Comment. in Tract. Dioscorid. et Plinii de Amomo.* Amomum verum autem Arboris Americanae *Caningae* dictae sunt baccae rotundae. *Vid. Hermann. Mat. med.* p. 125. *Clus. Exotic.* Lib. 2. c. 17. *et Ferrant. Imper.* Hist. natural. Lib. 28. p. 676. edit. *novissimae Italicae in Folio.* Mus. Moscard. Libr. III. cap. 97. p. 257. Caeterum quae de saluberrimo Cardamomi aromate dici possunt, in eruditissimam inauguralem dissertationem congessit Jen. 1704. *Cl. Rhein*, adjunctis e *Bontio* Plantarum majoris et minoris schematismis, quos jam antea Cl. Elsholzius Diaetet. L. V. cap. 1. §. 5. p. 250. inseruit. Vid. quoque *Pomet l'Histoire general. des Drogv.* l. c. Sed dolendum, descriptionem et figuras *trium Cardamomi specierum* ex *Horto Malabarico* sub nomine *Elettari* plane omissam esse, quae cum nimium a Bontianis figuris discrepent, ut huic defectui supplementum accedat, nonnulla ex Horto hoc non ubique obvio, cardamomi species concernentia suppeditabimus,

FRVCTVS.




Cardomamum majus.
Grosse art Cardemuml.



Cardomomum medium.
Mittelmässige art Cardemuml.




Cardomomum minus.
Klein Cardemuml.



Anacardium.
Elepfanten Leÿß.



Caious fr.


Pepitæ Indicæ.




Beretinus fructus.





Pistachiæ vulgaris fr:
Gemaine Pistacien.

Pistachiæ Indicæ fruct:
Indianische Pistacien








Quinq genera Mirobalanj.

Die funff geschlecht Mirobalani.

mus, quod equidem cum bona B. L. venia fieri confidimus. *Radix oblonga crassescit, geniculata, albicans tortuosa, sursum virens, e lateribus innumeras fibrosas emittit radiculas, quibus veluti pedibus, perinde ac radix Zingiberis, proserpit. Caules, qui e radice emergunt, rotundi, glabri virentes, latum ferme pollicem suo emetiuntur diametro, stipite simplici instar arundinis, cujus texturam aemulantur, surgentes, albicante vappidaque medulla, lignosis filamentis, quorum extrema transversim dissecta, eriguntur, instructa; e quorum corculis subtilia, aquea, telae aranearum instar, candicantia educi possunt fila; foliorum basi, quae superioribus radicum geniculis innititur, theciformibus suis involucris insistunt. Distracti, manibusque triti aroma spirant. FOLIA* illis *Mankukua non absimilia sunt, quatuor circiter spithamas longa lata, viridia parallelis exilibusque venis striata, odore ac sapore forti, subacri aromatico. COSTA MEDIA in adversa parte viridi, diluta, in obversa viridior. FLORES uni fructigero racemo, vel radicali surculo plures, plerumque tres quatuorve, ejusdem oblongis foliolis, veluti capsulis impliciti; nullus enim in foliaceo hoc involucro conspicitur hiatus. Tegmine hoc autem aperto tetrapetalus sese offert flos, quorum tria magnitudine conveniunt, oblongo angusta, viridi albicantia, membranosa quantum quod prioribus ex adverso jacet, tenui stylo, lingulaque donatur, paulo latius ac minus oblongum est interius situm ac viride. Lingula oblongo angusta est, crassiuscula, in interiori facie, quae intimo foliolo ex adverso opponitur accumbitve, sulco striata, in supremo apice bifida, dilute rubescens, suoque sulco exilem, candicantem stylum, qui in tenue planumque desinit capitulum, recipit. FRUCTUS radicalibus fructipromisque racemis appendent, qui uvis et forma et sapore haud perperam assimilantur, orbiculati enim sunt et grate subacidi, viridi, crassiusculo, carnoso aqueoque cortice obducti, striis admodum tenuibus juxta longitudinem pertexti, in tres distinctos loculos cancellatim distinctos, ita ut quodlibet intersepimentum, in sui medio, membranacea fibrilla etiamnum, sed levi ingressu bisecetur, sicque seminum conceptacula efficiunt: adeo ut sex ordinibus, combinata triangularia, pressis planisque lateribus fructus, copiosa insideant grana aromatica, quae medio stylo trigono, cui mediante membranaceo septo affiguntur, cuspidibus suis adhaerescunt. In aprico fructus hi exsiccantur solo, ubi Cortex, qui primo crassus viridisque, extenuatur, et ex russo albescit; suntque ipsissimum CARDAMOMUM, nomine Elettari in tres cognitas species divisum, quarum prima hactenus descripta, plane rotundos ac albicantes profert fructus, cujus natale solum, supra COCHIN* et *CALICUT in locis montanis, triginta circiter a mari milliaribus, pretioque ob praestantiores vires, reliquis praevalet. Secunda species oblongior est, sed vilior, tertia vilissima et plane acuminata; quae posteriores juxta CANONOI aliaque Indiarum loca inveniuntur.* Tantum de Cardamomi tribus speciebus. De *Usu* omnibus cognito addere quid, superfluum judico.

ANACARDIUM ORIENTALE Cardamomi ſpecies ſequitur, fructus veteribus Graecis incognitus, recentioribus tamen a cordis cumprimis exſiccati, tum ſimilitudine, tum colore ἀνακάρδιον nominatus, vocatur etiam Faba Malaccana, teſte Rev. P. Bonann. in Muſeo Kircher. Claſſ. VII. de fructibus n. 15. Proles eſt arboris Indicae pruniferae foliis geminatis glabris, floſculis exiguis tetrapetalis luteis racematim diſpoſitis, fructu conoide, cortice pulvinato nucleum unicum, nullo oſſiculo tectum claudente; fructus autem compreſſus aviculae cordis figura, nigricans ac ſplendens, includens ſub duplici involucro, corticoſo et duro albicantem nucleum ſaporis ſubdulcis, et inter involucri duplicaturam mucaginem oleoſam, nigram, ſaporis acris ac exurentis, ut ex Illuſtr. *Rajo* hoc refert Cl. *Dale in Pharmacol.* qui inſimul addit, Anacardium eſſe *Oepatam Horti Malabarici* T. 4. Fig. 48. Sed ſi accuratius inſpiciatur Arbor *Oepata*, ſive *Upata Malabarenſium* et *Salgeira* Luſitanorum, et folia, flores fructusque examini ſubjiciantur, magnam quidem cum Anacardio habent ſimilitudinem, pro certo tamen vix quis affirmare poterit; quippe et *Excell. Plukenetius* et *Comelinus*, prior in Almag. Botanico, poſterior *Notis in Hort. Malabar.* hoc dicere muſſant. Confer. Excell. *Valentini Muſ. Muſeorum.* p. 301. *Pomet l'Hiſtoire General. des Drogves* L. VII. chap. XVII. p. 209. Muſ. Moſcard. libr. III. c. 95. p. 255.

Orientali ſubjungitur *ANACARDIUM OCCIDENTALE*, ſpecies Acajaiba et Acajuba Braſilienſium, cujus fructus *Acajou* et vulgo *Cajou* dicitur, ſecundum *Marggrav. Hiſt. Plant. lib. III.* p. 95. Hinc Cl. *Hermanno* p. 36. audit Anacardium occidentale Cajou dictum, oſſiculi reni leporis figura. A *nobiliſſimo Rajo* autem Arbor dicitur *pomifera* ſive potius *prunifera anomala* Indica, foliis oblongis glabris, ſine ordine ramis adhaerentibus floſculis pentapetalis, vel ex *R. P. Plumerii relatione*, monopetalis infundibiliformibus multifidis, e cujus Calice ſurgit piſtillum capillamentis ſtipatum, poſticae floris parti adinſtar clavi infixum, quod deinde abit in fructum turbinatum, mollem; cui adnaſcitur capſula reniformis ſemine foeta ejusdem formae, Cajou dicta. *Capſula* ſive *Caſtanea* innaſcens pomo, renis ovilli figuram habet, tecta cortice cinereo craſſo ac intus ſpongioſo, qui oleum in ſe continet acre et mordicans, ita ut cuti etiam leviter illitum, ignis modo urat, et ſi quis incautus dentibus comminuat, ita linguam et labia exurit, ut magno dolore exinde afficiantur; nucleus quoque Renis figuram habet albus, cuticula flava veſtitus, quae ſeparanda. Haec *Marggravius*, et luculentiora adhuc *Hort. Malabar.* T. III. Tab. 54. p. 65. qui ſub nomine *Kapamaram* ſive *Kasjavomaram* arborem hanc fructumque optime deſcribit, addendo e fructibus hiſce potum exprimi, qui debito modo fermentatus, viroſus evadit et inebrians. Vſum praeterea Medicum et Mechanicum, ex his fructibus promanantem, haurire qui cupit, ipſos Auctores laudatos adire poterit; cui addendus *Rochefort l'Hiſtoire naturelle des Isles Antilles* Chap. VI.

Ar-

Artic. VII. p. m. 72. 86. Excell. *Sloane* teſtatur, fructum hunc in hortis et agris Inſulae Jamaicae et Caribearum ubique provenire, in Catal. Plant. Inſul. Jamaic. p. 187. et ab Anglis vernacula lingua *The Cashew or Acaju Three,* vocari. Vid. quoque *Garc. ab Orto* L. I. c. 30. *Muſ. Wormian.* p. 183. 192. Muſ. Moſcard. Libr. III. cap. 99. p. 258. *Piſo Hiſt. Braſil.* p. 120. *Bont. Hiſt. Indic.* p. 192. *Pomet l' Hiſtoir. gen. des Drogv.* P. I. Livr. VII. chap. XVIII. p. 210. qui de *Gummi Acajou* ab aliis indicta profert in *Append.* p. 12.

PISTACHIAE INDICAE fructus a Braſilienſibus dicuntur *Mundubi*, Luſitanis *Amenduinas*, Lerio *Manobi*, Peruvianis teſte, Monarde *Anchic*, Hiſpanis *Vbimani*; videtur eſſe fructus ſub terra naſcens Monardis, vel Peruanus amygdaloides ſubterraneus Joh. Bauh. T. I. p. 292. Ab Excell. *Pukenetio in Almag. Botanico* p. 341. deſcribitur ceu ſenna tetraphylla ſive Abſi congener hirſuta Maderaspatenſis, flore flavo ſiliquis punctatis, ſcabris, folliculos ſub teram condens. Certe *folliculus*, in *Phytograph.* Tab. 60. f. 2. delineatus, non abludit ab his piſtachiae Indicae a *Beslero noſtro* aeri inciſis. *Marggravius* more ſolito optime *Hiſt. Plant. L. I. p. 37.* deſcribit: *folliculos nempe ex albicante gryſeos radicibus adnaſci, figurae minimae cucurbitae, oblonga magnitudine Myrobalani, fragiles: quilibet autem continet in ſe duos nucleos, pellicula ſaturate purpurea veſtitos, carne intus alba, oleaginoſa, ſapore piſtaceorum, qui comeduntur cocti, et inter bellaria apponuntur.* Plures Botanicos, qui fructum hunc deſcripſerunt, memorat Excellent. *Sloane* in *Catal. Plant. inſulae Jamaicae*, adjungens ſimul, fructum hunc in Horto Dn. Harriſon in loco Liguanee dicto, ſeri et laete provenire, et ab Anglis ibidem degentibus vocari *Earth nuts or Pindalls.* Vid. quoque R. P. *Franciſcus Sterrebek in Theatr. Fungor.* Tract. I. Part. III. *en de Anwyſing ende natuer der Aerdbuylen.* p. 314.

PISTACHIAS vulgares in eum tantum finem his Indicis adjunxit Auctor, ut differentiam notaret, quae cum in omnibus Officinis et ubique proſtent, inque Horto Volkameriano creſcat Arbor, ideoque ab ipſo in Heſperid. Norimberg. opere deſcripta, nil amplius addo.




BERETINVS FRVCTVS eſt ex Inſulae hujus nominis Arbore, quam Fr. Drake e navigatione illa, qua orbem circumivit, retulit, isque Cluſio tunc Londini commoranti, communicatus eſt. Arbor fructus hujus ſatis procera eſt, quercu major, laurinis foliis craſſis ſplendentibus, in ambitu minime ſerratis; Fructus ipſe oblongiuſculus exiguis iligneis glandibus ſimilis, nullo tamen calice incluſus, tenui cortice coloris cineracei, interdum etiam atri tectus nucleumque continens oblongiuſculum candidum, nullo manifeſto ſapore praeditum, tenui membrana imbutum; hunc fructum edulem eſſe, eoque more leguminum elixo, aut in farinam trito, et pultis inſtar inſpiſſato et cocto, alterius cibi penuria famem compeſcere poſſe, ab Inſulae incolis fuere edocti. Pertinet igitur fructus hic ad Laurifoliam exoticam Ternatenſem

Casp. Bauhin. in *Pinac.* L. XII, Sect. I. p. 461. inque Moluccis quoque repertu datur Vid. *Mus. Calceolar.* p. 601.

PEPITAE INDICAE fructus sunt, amygdalo Peruanae similes, fusci vel spadicei coloris linea candida *Casp. Bauhin.* in Pin. L. XI. Sect. VI. p. m. 442. a *Clusio* Exot. Libr. 2. *Pepitae del Peru* sive acini Peruani dicuntur. Secundum Excell. *Plukenetium Almag. Botan.* p. 28. sunt fructus secundus *Simonis Tovar*, sive *Almendras del Peru*, *Walgonne* Bengalensibus dictus. Pineae nucis referunt nucleos, licet magna ex parte nostris sint longiores et crassiores, durum similiter illis putamen et idem color. Plani et oblongiusculi, altera parte latiores et laeves.

MYROBALANORVM QVINQVE GENERA ubivis in officinis Pharmacevticis obvia, Auctor nobis ab oculos ponit. Nil hic de barbaro *nomine* Myrobalani sive Vnguentariae glandis a posterioribus efficto Graeculis dicam, nil de *incerto numero*, qui ab Arabibus, Persis, Indis caeterisque Orientalibus ad ternarium, *Halilejum* nempe, *Amjelum* et *Belilejum* restringitur, dicam; nil de *efficacia* fructuum horum, cum illos effoetos segnesque, et in prunorum nostrorum adfluentia supervacaneos, et ex hyberbolica Arabum commendatione inutiles plane censeat maxima Medicorum cohors, quas lites aliis exercitatioribus in hac palaestra dirimendas relinquimus; sed producamus quas *Beslerus* noster aeri incidi curavit figuras, quarum (1.) *Chebulas* sive *Cabulenses* sistit, Myrobalanos maximos oblongos angulosos pituitam purgantes C. B. P. arboris Folia Persicae similia, Arboris Myrobalanifera Persicae foliis Jonsoni fructus oblongi rugosi, coloris obscure fusci; includentes sub putamine carnoso ossiculum oblongum crassum et cavernosum saporis subacris. Arbor secundum *HERMANNVM* Queboli dicitur vel potius Cabul. (2) Belliricae, vel secundum *eruditissimum Welschium Belilejae*, sunt fructus Arboris pruniferae Lauri folio subcinericio Jonston. rotundi, saepe angulosi, gallae majoris magnitudinis, in pedunculum crassum desinentes, ex rubigineo flavescentes, includentes ossiculum durum sub putamine carnoso duriusculo, saporis adstringentis post subdulcis. Arabibus *Belleregi* secundum *Hermannum*, *Welschio* autem *Belilei* dicuntur. (3) *Emblicae* sive *Amlejae*, fructus Arboris foliis securidacae *Cl. Breynii* et *Nilicacamaram Horti Malabarici*, Palmae magnitudine, rotundi, sexangulares Belilejis minores, sessiles e cinereo nigricantes, includentes sub pericarpio carnoso, in sex partes per maturitatem dehiscente, ossiculum turgidum hexagonum, senis vel secundum *Hermannum* tribus cellulis insignitum, in quo nucleus pomaceus spadiceus triangularis; saporis acerrimi. Arbor Embelli vel Amleja dicitur. (4) Citrinae sive flavae, Arboris Myrobalaniferae sorbi foliis Azafar dictae fructus oblongi rotundi, pentagoni, teretes rugosi Cabulensibus minores, coloris citrini, includentes sub putamine carnoso ossiculum angulosum. (5) *Indae* sive *nigrae* Indicae

Ar-




FRVCTVS
Nux Ind: cum nucleo.
Ind: Nuss mitt dem Kern.
Coccus.
Gantze frucht der Ind: Nüß.
Fruct: reticulato corio.
Fr: gleichs: in eim Netz.
Areca siue Fausel.
Ind: Haselnuess.
Mehenbethene sine capillis
Glathe Indian: haselnuss.
Mehenbethene capillata.
Harichte Ind: Haselnuess.

Arboris Myrobalaniferae salicis folio, *Asvar* Arabibus, fructus oblongi reliquis tenuiores superficie octangulari, solidi et duri, rugosi, intus et extus coloris nigri, bituminis instar Judaici, saporis subacidi acerbi et adstringentis. His ab Auctore nostro delineatis Myrobalanis addi potest (6) *Myrobalanorum* genus *Sinense* a Jac. *Bontio* indigitatum, et a Cl. *Welschio* depictum et explicatum in Dec. I. Ephem. Nat. Curios. Ann. III. observ. 32. Fructus olivae similis, nullis striis aut incisuris notatus *rostratus* e versione *Ebn-Sinae Plempiana*, quod tamen melius *Welschius acuminatus* vertit, cum vox Arabica, non tantum *rostrum*, sed quemvis apicem cujusvis rei significet, et olivae quaedam reperiantur acuminatae, et quod caput rei est, rostra volucrum non omnia acuta, sed quaedam praeterea lata, atque obtusa spectentur. Vid. Excell. *Welschius de Vena Medinensi* cap. X. de *Myrobalanis Syriacis Rauwolfii Chabraeus* Stirp. Sciagr. p. 14.

TAB. V.

HAc in Tabula conspicimus Nucem illam Indicam, *COCCOS* communi nomine dictam, Avicennae *Jansiat Indi*, Arabum *Maron*, Indorum *Tegamaram* et *Lanha*, Brasiliensium *Inaja Gvacuiba*, Mexicanorum *Coyolli*, Zeilonensium *Polgaha*, Malabarensium *Tenga*, Bramanum *Mado*, Lusitanorum *Coqueyro*, e Palma Indica coccifera, angulosa ortum ducens, quam Arborem post *Clusium, Garciam ab Orto, Nardum Antonium Recchum, Marggravium, Pisonem, Rochefortiumque* nemo secundum minimas circumstantias melius, accuratiusque delineavit et explicavit, *Illustrissimo Horti Malabarici Editore* Tom. I. quo naturae miraculo, mirandi operis initium fecit. Referamus ex illo tantum, quae *nucem* ab Auctore delineatam concernunt, cum reliqua arboris memoranda hujus opusculi limites excludant. *Fructus Coccos* praegrandes sunt, magnitudine caput humanum aequant, saepius superant, et ad *Nuces* referendi. Figura illis triquetra, et ut ex Auctore nostro patet, ovalis. Constant *operimento lignoso*, qui interius ad superficiem interiorem operimenti seu testae medulla alba obducti sunt, ac intus larga cavitate, quae aqua seu liquore repleta est. Hi dum teneri sunt, et ex capsa cum spicis erumpunt, forma rotunda sunt, colore flavo-albicantes, et calyce flavo-albicante, qui e rotundis foliis mutuo circumvolutis constat, arcte et in totum obducti, intus sub Corticibus, quibus circumteguntur, carne densa albicante, nulla cavitate donati, postmodum vero cum aetate increscentes forma oblongo-angusta sunt in longitudinem maxime aucti, minus vero in latum, in cortice exterius cum nitore viridescentes, calycis foliis, ex quibus cum superna parte emicant, ex rufo rubescentibus, proditque se in iis primum nota parva, oblongo-angusta, cavitatis cum majore incremento introducendae in ima parte seu ad exortum fructus, antequam

quam autem cavitas se offert, *fructus hi teneri* Malabarensibus *Bellacà*, Lusitanis *Coquinhos*, cavitate autem jam introducta *Fructus* primo sola aqua repleti sunt, ac tum dicti Malabaribus *Caricù*, Lusitanis *Caricà*, absoluto vero cavitatis incremento, postquam omni sua repleti aqua sunt, medulla ad interiorem operimenti superficiem obducuntur. Est autem *medulla fructus*, quae ad certum temporis intervallum augescit, expetita in eduliis, primum tenera et albicans ac subcaerulea, sapore dulci ac grato, minime vero oleoso, dein albicans ac magis magisque indurescens, cum dura sapore nucis, ac quo vetustior seu durior, saporis magis oleosi, contrita ac tusa lacteum liquorem, qui et sapore lactis est, sed nonnihil oleosi fundens; cum vetustissima est maxime oleosa ac ex oleo caerulescens, odorem fortem oleosum, qui ingratus est, spirans Pro diversa medullae consistentia *Fructus* variis nominibus sunt donati, cum ea tenera est et lacti similis ac mollis, dicitur Malabaribus *Corumba*, cum completa est, et non amplius augetur, *Elanì*, Lusitanis *Lania*, cum nonnihil dura est, Malabaribus ut et Lusitanis, *Maninga*. cum dura est *Tenga*, Lusitanis *Cocquo*, cum adhuc durior *Barettu Tenga*, ac cum maxime dura *Cotto Tenga*, Lusitanis *Cocco sicco*. Quod ad *Aquam*, quae est intra cavitatem, haec in fructu tenero, Caricù dicto, est primum subadstringens, subsalsa et subacida, minus vero dulcis, dein quo fructus vetustior fit, magis et magis dulcescens; in fructu vetusto ut Barettu-Tenga simul valde dulcis et salsa, ante medullae proventum clara et valde limpida est instar aquae; medulla autem proveniente turbida seu minus limpida et pallide albicans; ex fructu *Caricù*, qui jam omni sua aqua repletus est, facto angusto foraminulo per operculum magna vi radiatim exsilit, minus vero ex fructu, qui medulla repletus est, ut *Corumba* seu *Lania*; Aqua in *Maninga* id proprium habet, quod ut liquor dictus *Sieri* fermentatione ad oculum notabili cietur, cum medulla dura est, in fructu exsiccari incipit, in ollam infusa et aëri exposita saporem dulcem ilico amittit et subacida redditur, idque ocyus si vento moveatur, sine ulla tamen fermentatione, quin et aqua fructus *Maninga* hoc modo omnem suam fermentationem amittit. Quod ad *operimentum*, *aquam et medullam* continens, illud primum tenerum, estque in fructu *Corumba* adhuc molle et esculentum, ac sapore nucis juglandis; quo vetustior fit fructus ac medulla durior, etiam magis indurescit, ac cum maxima duritie est, sectioni minus pervium, estque exterius tribus suturis eminentibus in longum striatum, ac in parte inferiori inter suturas tribus quasi oculis clausis donatum, quorum unus latior et minus durus est, inter suturas, quae latius distant, situs, uti e *FIGVRA SECVNDA TABVLAE nostrae* omnibus patet. Est et alia minor Nux Indica *Coccos Cercopitheci caput* repraesentans, descripta in Miscell. Nat. Curios. Dec. I Ann. VI. et VII. et apud Chabraeum Stirp. Sciagraph. p. 21. nomine Nucum Indicarum velut larvas ostendentium. *Operimentum* hoc *medium* nucis adeo durum est, nunc penitus exsic-

cata

cata, ut poliri possit, aurificibusque ob ferventem flammam in usu *Cortex exterior* operimentum medium obducens, in exteriori superficie primum est albicans, ut in fructibus *de Coquinhos* cum tenerrimi sunt, dein viridescens ac cum majori aetate ex viridi flavescens, cum autem fructus vetustior est, ac exsiccari incipit, est tandem siccus cinereo fuscus, et primo quidem mollis ac tenuis est, dein constans intus carne densa, albicante et molli, quae in *Lania* adhuc tenera mollis et sectioni facile pervia est, ac calce illita flavo colore tingitur, post magis ac magis indurescens intus in carne plurimis lignosis ac stupeis filamentis, *in figura prima Tabulae hujus* optime expressis, ad funiculos conficiendos idoneis, quae operimento lignoso exterius arcte adhaerent, est intertextus. Haec de fructu Coccos ejusque medulla, contento succo, e quo liquor Suri conficitur, ejusque operimentis sive corticibus sufficiant. Arborem Cocciferam quod attinet, Palmis accensendam recte de illis judicat ingeniosissimus *Rajus*, quia toto vultu, habitu et constitutione, partiumque fere omnium forma texturaque ab aliis arboribus omnibus differunt, non immerito pro singulari et distincto ab iis genere haberi debeant; hinc a Pl. Rev. *P. Plumier* Palmae, inter nova Plantarum Americanarum genera primus locus et prima decreta tabula. Non possum quin *Excell. Plukenetii* Judicio de Coccifera claudam Arbore, quod habet in Almag. Botanic. p. 135. *Arborum harum Dominos non minus emolumenti ab iis percipere, quam Europaeos a pecore, nam singulae pleraque ad vitam necessaria praestant. E Ligni materia naves fabricantur, e ramis, qui in Malabar* olla *vocantur, aedium fiunt tecta, navium tabulata et opercula, stragula, culei aliaque ejus generis utensilia. Nucis extimum villosum involucrum inservit nautis, nam ex eo rudentes et funes navibus necessarios conficiunt, qui in aqua marina incorrupti manent; illo quoque tanquam stupa naves obturantur et stipantur. E cortice duro Vasa tornantur et Scyphi, ac carbones fiunt aurifabris utiles. Medulla ipsa tenera et delicata instar amygdalarum est, bene nutrit, cum Saccharo aut sagra editur. Ex ea trita, ut ex Amygdalis, lac exprimitur, cum quo oriza coquitur, aliaque edulia. Exsiccata haec medulla* Copra *dicitur, quae alio defertur ac venditur, eaque utuntur ut castaneis, neque minus grata palato est. Ex eadem ita exsiccata torculari exprimitur oleum dulce, non modo utile ad lucernas, sed et ad oryzam condiendam. Resinam etiam fundere hanc Palmam coloris subfusci et pellucidi, saporis lenti, ac praepinguis, testis est Clar. Syen Not. in Hort. Malab. T. I. p. 8. Liquor, quem fundit et Sura dicitur; hinc Belgis Suraboom vocatur, est instar musti et decoquitur ut diutius conservari possit, atque tum Oraque sive Arak vocant. Destillatur quoque ex eo Spiritus, quem* Futa *dicunt, Spiritui Vini plane similis facultatibus et viribus; si soli exponatur, antequam destilletur, in Acetum degenerat. Solis aestu exsiccata et coagulata in Saccharum cogitur, quod* Sagra *dicitur.* Ex quibus omnibus hactenus recensitis palam


lam fit, vix Arborem esse, quae majorem in vita communi habeat usum, hac ipsa. *Figurae nucis coccos* hac *tabula* expressae omnem certe merentur laudem, hinc Excell. *Grew in Mus. Societ. Reg.* scribit: *There is a good Figure in Besler.* Vltra jam citatos scriptores vid. *Joh. Bauhin.* Tom. I. p. 375. *Linschot.* P. IV. Ind. Orient. c. 12. *Mus. Reg. Olig. Jacob.* Sect. VI. p. 27. *Terzag. Mus. Septal.* p. 65. *Scarabell. nel Mus.* Settal. p. 131. et qui elegantissima e Poëtis de Nuce hac collegit Eruditiss. *Lorenz. Legato nel Mus. Cospian.* L. II. c. 24. p. 134. *Valent. Mus. Museorum* p. 324. *Miscell. Germ. Curios. Decur. II. Ann. VII. p. 476. Nieremberg. Histor. nat.* Libr. XIV. cap. VIII. p. 296. Clusius sive potius *Garcias ab Orto* Arom. Hist. Lib. I. c. 26. *Pomet l'Hist. gen. des Drogves* P. I. Livr. VII. chap. XXIV. p. 214.

Quam pro *ARECCA* sive *FAVFEL* hic depingere curavit *Beslerus* noster figuram, nil aliud est quam fructus peregrinus abiegnae nuci similis, ab *Excell. Grew* in Mus. *Soc. Reg.* P. 2. cap. 5. p. 200. post *Clusium* pro fructu *Palmaepinus* habitus, qui errorem Auctoris seq. verbis annotavit: *this fruit is pictur'd in Besler but mistakenly for the Arecca or Faufel.*

FRVCTVS RETICVLATO CORIO, optime convenit cum descriptione *CLVSIANA*, minime autem cum figura inibi, *Exoticorum* nempe Lib. II. c. XI. p. 30. expressa, quod ipsemet fatetur, iconem non adeo scite ut decuerat in Tabula depictam esse; est enim duro corio et multis fibris retis in modum quodammodo inter se intertextis et duris, contecto praeditus, foris quidem inaequali et rudi, intus vero laevi et splendente, coloreque ad spadiceum tendente, superna in gibbum extuberans, inferna planus fere, nucleum continens crassum, plenum, et succulentum. Meminit fructus hujus, citato *Besleri* nomine et figura, Excell. *Grew in Mus. Societ. Reg.* P. II. cap. V. p. 213. sub nomine *Fibrous Lobe*; et jam ante p. 191. sub nomine *Netted Stoone*, fructus quoque reticulato corio ex *J. Bauhin.* T. I. p. 328. meminerat. Arborem fructus hujus Mameyam vocant, et arborem Juglandi similem pronuntiat C. B. in Pin. Excell. *Sloane* autem credit esse malum persicam maximam foliis rotundioribus splendentibus glabris, fructu maximo, scabro rugoso, subrotundo, pulpa dura sublutea, unum vel plura ossicula filamentosa cingente. Ab Anglis Jamaicam Insulam inhabitantibus *the Mammee Three* vocatur, ibique in omnibus sylvis montosis abundat.

MEHENBETENAE CAPILLATAE et sine capillis nucis unguentariae vel avellanae Indicae species videntur, inter quas referunt C. B. in Pin. et *Matthiol. in Dioscorid.* p. 228. *Edit. ult. Bauhin.* et *Excell. Grew in Mus. Societ. Reg.* p. 206. *Mehembetene like a Hasle in New Spain.* Differt tamen species sine capillis, ab altera capillata, quod illa duas cellulas habeat, in quarum singulis nucleus oblongus albus dulcisque; haec vero tres cellulas habet, in quibus nuclei totidem, ejusdem cum reliquis saporis colorisque. Vid. *Clus. Not. in Garc. ab Ort.* Aromat.

Hist.


FRVCTVS.
XVI.
Phaseolus Nigritarum.
Lobus Echinodes è Brasilia.
Stachlichte Bonen aus Brasilia.
Lob: membranaceus niger
Brasilische schwartzheutige Bonen.
Lob: ex Wingandeaow.
Bonen aus Virginia
Leblab nig: et rubr:
Lobus ex Insul: S. Thomæ.
Bonen aus der Jnsel S. Thom:
Lobus Cartilagineus ex Ins: Maurit:
Bonen aus der Jnsel Mauritij.

Hist. Lib. I. cap. 26. et *Chabr. Stirp. Sciagraph.* p. 20. qui *Mehenbetene Cortusi* villosas et villis destitutas exhibet, aliasque adhuc Cortusianas ab Auctore nostro omissas substituit.

TAB. VI.

LOBOS haec Tabula continet, et quidem *LOBUM* ἐχινώδη e Brasilia, qui secundum *Marggravium* et *Pisonem* crescit in Frutice aspere echinato et vix tractabili, in sylvis arenosis et litoribus sitientibus pullulante et jucunde virescente, Brasiliensibus *Snimboa*, Lusitanis *Silva de Praya*, et reliquis Indis *BONDUCH* dicto. A Casp. Bauh. in Pin. ad arborem exoticam spinosam lentisci foliis refertur. A *Clariss. Breynio in Prodr.* describitur ceu frutex spinosus spicatus platylobis, echinoidibus Glycyrrhizae foliis. Excell. *Plukenetio* autem in *Almagesto* est Acacia gloriosa lentisci foliis spinosa flore spicato luteo, siliqua magna muricata. Sed ut verum fatear, Lobus, ab ipso Tab. II. Fig. 2. Phytograph. delineatus, nimium quantum a nostra *Besleriana figura* discrepat et abludit. Si *Horti Malabar.* T. II. p. 35. consulimus, videtur esse *Mucunae* species, de qua *Piso* narrat, quod loborum echini et setae pungentes faciem et manus usque adeo infecerint, ut ardentissimas pustulas excitarent, quae vel optimis succis anodynis et refrigerantibus ultra octiduum adhibitis vix cedebant. An *phaseolus Surrattensis*, summum specificum antihydropicum Cl. *Raji* Hist. Plant. L. 18. c. 1. p. 877? Constat autem hic Lobus Cortice membranaceo fusco subrubente et frequentibus spinulis hirsuto, magnitudine differt, noster quippe Clusiano minor. Vid. plura apud *Clus. Exot.* Lib. II. cap. XV. p. 70. Rev. P. Bonann. Bonduch ab infantibus Aegyptiis amuleti loco gestari refert in Mus. Kircher. Class. VII. n. 17.

PHASEOLUS NIGRITARUM a *Clusio* pariter Exot. L. II. c. XI. fuse descriptus, est *Mucuna* secunda *Pisonis*, quae figura et forma imbellis apparet plana sinuosis oris, cortice non valde crasso praedita, externa parte nigro, non tamen adeo rugoso, (ut in Clusiana descriptione) tumenteque, qua parte Phaseoli inclusi, interna cineraceo, cuspide longa et mucronata, dorso satis elato, in quo terni aut plures fructus, quibusdam velut cellulis distincti, orbicularis fere in plano formae, coloris fusci et tanquam annulo sive circulo totum paene ambiente.

LOBUS MEMBRANACEUS niger Flacourtii Voatalalac esse videtur, et Cl. *Breynii Crista Pavonis* Glycyrrhizae folio minor repens spinosissima, flore luteo spicato minimo, siliqua latissima echinata, semine rotundo cinereo, lineis circularibus cincto majore.

LOBUS EX WINGENDECOAW, Americae versus septentrionem tendentis Provincia ad Poli Arctici Elevationem XXXV. gradibus sita, quam Angli Duce *Walth. Raleigh* detectam, Virginiam nun-

cuparunt, videtur esse *Mucuna* Guaçu *Pisonis* in *Historia natur. Brasil.* crescens ex arbore ejusdem nominis. Faba autem haec nigra pelle lapidis fere duritiei, pilis flavis molliter est vestita, manum longa et tres digitos lata. Vi effracta (nam dicitur a *Clusio* unciam densa esse, quo nomine vapulat *Mus. Societ. Reg. Angl.* P. II. cap. V. p. 213.) pulcherrimi globuli interstitiis divisi inde prodeunt tres quatuorve, punicei et rubri coloris, rotundi laeves, magno hilo. Venenatis fabis accensetur, qualitas tamen deleteria extinguitur, si in Aqua macerentur globuli.

LOBVS CARTILAGINEVS EX INSVLA MAVRITII hoc nomine quoque a *Clusio* exhibetur; ab *Excell. Plukenetio* Tab. 213. Fig. 2. Almag. p. 292. autem dicitur Phaseolus Americanus frutescens foliis glabris lobis pluribus villosis pungentibus fructu orbiculari plano, hilo nigro, tanquam annulo totum fere ambiente. *Casp. Bauhin* in Pin. est lobus Cortice cartilagineo rugoso fusco duplici crista sinuosa donatus. *Joh. Bauhino* vero T. II. Libr. 17. p. 272. Lobus Cartilagineus ex Insula Mauritii phaseolo seu faba nigra; Ejus accuratam descriptionem dabit *Museum Wormian.* p. 198.

LOBVS EX INSVLA S. THOMAE, est Lobus crassus Insulae S. Thomae *Clusii* duro crassoque Cortice constans, coloris e cineraceo fusci, de crasso pediculo pendens: videtur autem differre a Faba purgatrice et corde S. Thomae, cum figura Cor minime referat, et figura nostra plane non conveniat cum illa in Museo *Calceolariano* p. 601. Fig. VIII. exhibita. Vid. *Clus. Exot.* Libr. III. cap. VIII. *Mus. Worm.* p. 198. Mus. Moscard. Libr. III. cap. 101. p. 259.


LEBLAB NIGRVM et *RVBRVM* est Phaseolus Aegyptiacus semine nigro et russo C. B. P. vel Pisum Americanum coccineum, aliis *Abrus* J. B. vel Arachus Indicus sive Africanus Parkinsoni. Videntur tamen hae Plantae probe dividendae, cum Alpinus matrem hujus fructus arborem sarmentosam ad vitis magnitudinem crescentem, sarmentisque vitis modo se extendentem, *Clusius* vero cum Excell. *Rajo* Hist. Plant. libr. XVIII. cap. I. p. m. 888. et 889. contrarium sentiat. Siliqua, quam Auctor noster habet, spadicei est coloris foris, unciam aut paulo amplius longa, semiunciam lata, illaque aliquantulum plana, mucrone aliquantulum incurva, semina durissima ovalis figurae partim rubra, cum hilo eminenti candido, partim nigra, cum hilo quoque albo continentia. Excell. *Rajus* refert prorsus rubra et nitentia ac instar Coralii expolita illa existere, quae probe matura sunt, summa autem parte, qua siliquae inhaerent, omnino atra et prae laevore splendentia esse. Probe omnia expendenti crederem certe *Lablab Alpini* sive Pisum Indicum coccineum sive *Abrus*, plane diversas Plantas esse; quam tamen conjecturam nemini obtrudere cupio; in Museo quoque *Calceolariano* p. 585. aperte distinguuntur. Auctoris certe no-

stri


/.1.



N.2.


13.


N.12.


N.4.




N. 1.
N. 2.
N. 3.
N. 12.
N. 11.
N. 9.
N. 10.
N. 14.
N. 4.
N. 5.
N. 6.
N. 7.
N. 15.
N. 13.

ftri figuram *Lablab* esse credimus. Confer. Mus. Moscard. Lib. III. cap. 103. p. 261. Rev. P. Bonann. Mus. Kircher. Class. VII. n. 19.

TAB. VII.

N. 1. AHOVAI fructus in *Gazophylacio D. M. R. Besleri* exstat, quem his Beslerianis rarioribus adjungere placuit; nascitur hic fructus in Arbore *Ahovai*, a *Theveto* et *Lerio* primitus descripta, quam Arboribus pruniferis anomalis accenset Illustr. *Rajus*: Excell. autem *Tournefortius*, e *Plumerii* relatione, characteristicas attribuit Florem monopetalon, infundibiliformem, multifidum, e cujus calyce surgit pistillum, infimae floris parti adinstar clavi infixum, quod deinde abit in fructum carnosum quodammodo pyriformem, ossiculo foetum fere trigono, proxime accedens ad lit. Δ graecorum, nucleum condente; antea enim, priusquam hoc a *Plumerio* edocti sumus, ossiculum pro fructu habuere scriptores; quod praeterea durissimum est et tinnulum, unde a Barbaris tintinnabulorum loco usurpatur, et brachiis cruribusque circumdatur ornatus gratia, id quod e plurimis Ahovai ossiculis contextum, in figura nostra exhibetur, clavis etiam suis et securibus, aliisque instrumentis alligant. Arbor dicitur esse eximiae proceritatis Pyri majoris magnitudine, foliis semper virentibus et mali nostratis non absimilibus. Teterrimum autem haec arbor spirat odorem, Allium e Lerii relatione superantem, ut si scindatur arbor, odor tolerari vix queat, propterea a barbaris ne ad pyras quidem usurpatur. Addo Coronidis loco, quae D. D. *Mich. Rup. Beslerus* in *Gazophyl.* huic fructui adscribi curavit: *Fructus arboris AHOVAI dictae mirabilis, cujus Nucleus praesentissimum est venenum, quod Indiarum Incolae in odio conjugali, viri uxoribus infensi et contra uxores viris indignatae propinare non verentur. Exemta medulla, fructus filo Xylino annectunt, unde ex mutua collisione, nolarum ac tintinnabulorum instar sonitum edunt, hinc in saltationibus, ad majorem animi hilaritatem excitandam cruribus ad texturam hanc secundum naturalem magnitudinem affabre delineatam, alligare consuevere.* Confer. Mus. Moscard. Libr. III. cap. 96. p. 256. Add. de *Fructu Ahovai*, in Lapide fissili Manebachensi expresso, Dn. *Mylium in Saxon Subterr.* pag. 30.

N. 2. *RAMVS* hic ex eodem Gazophylacio Besleriano depromtus, his verbis describitur: *Racemus insignis Anno 1641. ab Arboris trunco recisus brotrum magis repraesentans, a qua prunorum Myrobalanorum, numero Centum et viginti dependebant, visu mirabilis; ponderis tres civiles Libras et ½.*

N. 3. *NINZIN Sinensium et Japanensium Panacea est*, cujus primam mancam licet mutilamve notitiam dedisse nobis videtur *Celeb. Wormius in Museo*, et *Cl. Piso in Aromat. Mantiss.* Mira de hac radice referunt, quae fidem paene praesertim circa perennitatem vitae, superant

perant; habet tamen congruentia quaedam cum fabulosa illa herba *Achaemenidon* sive *Achaemenis*, de qua *Plinius Libr. XXIV. cap. 17.* Varia radicis hujus *nomina*, dicitur quippe Sinensibus *Gin Sen* Excell. *Menzelio* e textu Sinensi interprete *Dec. II. Ephem. Nat. Cur. Ann. V. observ. XXXIX.* ex hominis comparatione sive similitudine, quod radix haec cum hominis effigie comparetur, *Gin* enim hominem, et *Sen* comparationem significat; E quo vocabulo detortum *Gensingh.* Solertissimus *Kaempferus, Amoenit. Exot.* Fasciculo V. Class. III. plura plantae nomina suppeditat, nempe *Sjusjin*, vulgo *Nisii, Nindsin* et *Dsindson*, item *Som.* Tartarice *Sonsai.* Nominum varietas peperit quoque sententiarum discrimen, cui Plantarum generi accensenda foret. Sic *Wormius* ad *Eryngia*, plures ad *Mandragoras*, nonnulli ad *Petroselini radices*, Cl. *Kaempferus* denique ad certum genus retulit, et *Sisarum montanum Coraeense, radice non tuberosa* pronuntiavit. *Coraeense* vocavit, quod in *Coraeae* Insulae montibus et *Cathajae* Provincia *Sjamsa* utplurimum crescat. *Mart. Martinius in Atlant. Sinico*, regio illo opere, radicis hujus in descriptione regionis *Jungping* meminit: ἀθανάσιος *P. Kircherus* in Chin. Provinciam *Leaotoung* Orientem versus Coraea sitam, (per quam Provinciam Tartari, Sinensis nunc imperii Domini, primum sibi aditum pararunt,) nutriculam hujus radicis statuit, et hac parte consentientem habet *P. le Comte* in *Itiner. Sinic.* quibus *Dion.* Cao ipse *Sinensis in descript. Patriae* pariter accedit. In Hortis urbis Macao coli et magis quam in ipsa Patria luxuriare, sed virtute fere exortem esse, toties laudatus *Kaempferus* testis est, hinc probe a vera *Coraeana* sive *Sinica* discernendam esse *Japonicam* radicem, optime monet diligentissimus *Breynius* in eruditissima *de Gin Sen sive Nisi habita dissert. Lugd. Batav. 1700.* qui radicem sequentibus optime describit, ac *potius Petroselini quam Pastinacae* (ad quam Excell. Rajus retulit) *illam similem* credit, *longe tamen minorem, coloris tam interne quam externe e flavo albescentis, teretem praeterea, rugosam, compluribus fissuris subtilissimis fuscis imprimis in suprema radice dense circinatam, ac Mandragorae tandem de more plerunque in duos,* (ut in nostra hac figura,) *quos crura diceres, rarius in tres divaricatur ramos, si vero, quod rarissime contingit, in quatuor, ut ita non tantum crura, sed et brachia referat humana; unica radix teste Cl Rumphio in Ephem. Nat Cur. Dec. II. Ann. V. a Magnatibus Sinicis aliquando, centenis redimitur imperialibus, et Laris instar colitur. Substantia Poeoniae radicum solidiore, constat. Si transversim dissecetur, circulus in medio apparet resinosus, ruffescens. Parte infima saepius aliquantulum diaphana est. Sapore praedita est dulci ad Glycyrrhizam vergente, quanquam longe suaviori cum levi amaritie, et occulta sive leviori vi aromatica linguam blande excalefaciente, conjuncto. Odorem pene nullum; digiti longitudinem, crassitiem auricularis rarius obtinent, plures multo breviores, calami majoris crassitiem vix excedunt. Japonica radix Ninzin circularibus istis*

iſtis lineis in Coraeenſi indigitatis paene caret; intus alba et minus ſolida eſt, ſaporeque et virtutibus magis deſtituitur. *Plantam* radicis ſecundum omnes partes accuratiſſime, uti ſolet, deſcripſit *Kaempferus*, uti et colligendi et praeparandi modum. *Vires* attribuuntur hyperbolicae, eſſe tamen optimum virium amiſſarum reſtaurans, inque febribus malignis herculeum remedium, nemo, qui radicem exhibuit negabit, *optimusque Parens* ſaepius illud Martinii de hac radice, aeternae veritatis eſſe faſſus eſt: *moribundis ita vitales quandoque vires reddere, ut ſaepe illis adhuc tempus ſit ſumendis aliis medicamentis, ſanitatique recuperandae.* Plura de hac radice praeter jam citatos Auctores *Illuſtr. Redi Experim. circa Res Natur. ex Ind.* all. *Excell. Valentini in Muſeo Muſeorum*; *Ephem. Nat. Curioſ. Ann. IV. Dec. II. Obſerv. II. cum eruditiſſ. Scholio Magnif. Praeſidis*, *Cl.* DEKKERUS *Exercit. practic. p. 667. Cl. Hermannus in Cynoſur. Mat.* Med. *Pomet l'Hiſtoire generale des Drogves in App.* p. 4. *Helvetius dans le Traitté de maladies les plus frequents, et des Remedes ſpecifiques &c. in fine* ſuppeditant.


N. 4. 5. 6. 7. *IPECACOANHAE RADICIS* fruſtula ſunt, celebratiſſimae illius Dyſenteriae victricis, quam primitus *Cluſius* in *Monard. ſimpl. Medicam. Hiſtor.* ſub nomine *Bexugo del Peru,* (hinc adhuc hodie *Bexugillo* dicitur;) poſt illum Duumviri Braſilienſis Hiſtoriae ſolertiſſimi *Piſo* et *Marggravius* fuſius expoſuere, et publico notitiam medicaminis hujus vere incomparabilis dedere. Siluere tamen a tempore horum Auctorum encomia remedii optimi, usque dum in Gallia, occaſione Centum et quadraginta radicis hujus librarum a Mercatore Gallo Dn. *Grenier* allatarum, et cum Dn. *Hadr. Helvetio* Ducis Aurelianenſis Archiatro diviſarum, diſſidium ob lucrum inde hauſtum, ortum, in gloriam Ipecacoanhae et tot aegrorum ſalutem vergens; qua de re vid. *Illuſtris Leibnizius, miraculum ſeculi noſtri, in Relat. ad Societat. Nat. Curioſ. Leopold. Imperial. de novo Americano antidyſenterico.* Habebatur a plurimis *Cl. Helvetius* ille ipſe, qui primitus ad dyſenteriae diras abigendas hoc remedii genus produxerit, *Pometus* tamen *dans l'Hiſtoire generale des Drogves* aliud evincere videtur oſtendens, hanc radicem viginti et plures annos prius extitiſſe in officina Pharmacevtica Dn *Claquenelle*, quam ab Helvetio in uſum vocata fuerit. Dividitur autem *radix* haec in *gryſeam ſive cineream, ſubnigricantem ſive fuſcam* et *albam* a materiae Medicae ſcriptoribus, quibus *flaveſcens non geniculata* addi poteſt, de qua Excell. *Rajus* ex relatione Dn. *Sherardi, nationis Anglicae Smirnenſis Conſulis fulgidiſſimi*, quaedem retulit. *Matrem* agnoſcit haec radix *periclymenon parvum Braſilianum alexipharmacum* Excell *Plukenetii in Almag. Botanico*; a *Moriſono* in *Hiſtor. Plantar. Oxonienſ.* dicitur *Periclymeno accedens Planta Braſiliana, floſculis congeſtis albis*, ab *Illuſtr. Rajo* autem *Herba Paris Braſiliana polycoccos ſive racemoſa, unde ab Herba Paris dicta differt.* Stupendae Radicis hujus *vires* in depellendis cruentis alvi fluxibus anſam dedere,

 ut

ut Excell. *Valentini* peculiarem hac de *radice dissertat.* conscripserit, editam *Giess. Hassor. Anno 1698.* Hunc secutus Cl. Dn. *Leinker*, practicus in patria hac urbe felicissimus, disputationem inauguralem Jenae sub Wedeliano praesidio Anno 1705. defendit de *Ipecacoanha Americana et Germanica;* quibus binis dissertationibus omne id continetur, quicquid hac de radice dici potest, ut, ni Iliada post Homerum scribere velim, nihil mihi reliquum, quam ut Coronidis loco cum Excell. Hermanno definiamus *Ipecacoanham esse radicem digitum et amplius longam flexuosam calamo tenuiorem, nodosam et quasi geniculatam, in superficie ex numerosis circulis vel annulis exasperatam, foris fuscam, intus pallidam vel buxei coloris, saporis subacris amaricantis et ingrati quodammodo nauseosi. Constat blando sale volatili, et vis ejus in cortice consistit, qui quo recentior, eo quoque potentior.* Vid praeterea *Pomet l'Histoire generale des Drogues* p. 46. 47. et in App. Cl. *Dekker Exercit. Pract. p. 281.* et imprimis *Helvetius Traité des maladies le plus frequentes, et de Remedes Specifiqu. p. 157.* Edit. Eyben. Belgicae.

N. 8. 9. 10. 11. et 12. Variae *FABAE S. IGNATII* vulgo dictae, *proles Cucurbitiferae Malabathri foliis scandentis Catalongay et Cantara Philippinis Orientalibus appellatae.* E mente *Camelli nux* haec *Vomica legitima Serapionis Igasur* denominata. *Nuclei Pepitae de Bysayas* aut *Cathalogan*, item *Managog*, id est, *victoriosi* nuncupati, teste *Excell. Plukenet. Almag. Botanic. Mantiss.* Investiuntur lanata quasi tunica, quae dum in aqua macerantur, secedit, et substantiam sub se monstrat nodosam, durissimam, diaphanam ac quasi corneam, quae in rasuram melius ac citius quam in pulverem redigi ac comminui potest; coloris inter album et glaucum, saporis intensius amaricantis, ad Centaurii minoris amarorem accedentis, quae tamen non impedit, quo minus a vermibus, ut *n. 10.* apparet, arrodatur. *Internam structuram* quod attinet, patet ex *n. 12.* aliquali medulla haec concreta non destitui, indeque e fabarum consortio relegantur. Vires assignantur his Serapionis legitimis nucibus vomicis alexipharmacae, et virtus quartanas, nulla alias arte superabiles, abigendi; dum vero vertiginem producunt, et ad vomitum stimulant, angvem in herba latere docent. *Acta Anglicana* primitus hujus remedii Anno 1699. postea *Acta Eruditorum* Lips. Anno 1700. Mens. Decembr. meminerunt; denique Excell. *Valentini* in *Polychrestis Exot. Disp.* fusius has Serapionis vomicas et in *Mus. Museor.* descripsit; add. Rev. P. Bonan. in Museo Kircher. et passim alii.

N. 13. Novum Americanum calculi remedium sistit *PARREIRAM BRAVAM, natam Caapebae Bryoniae et Smilacis asperae affinis* Plantae, *Sororem radicis di Nossa Senhora*, a qua non nisi ratione aetatis indeque dependentis magnitudinis fibrarumque duritie differt; brachium haec radix saepius adaequat mole, cutis ejus aspera, coloris nigricantis, eminentiis interdum non tamen in omnibus praedita. Saporem habet γλυκύπικρον, odorem, si blando calori admoveatur, liquiritiae aemu-


N3
N1



TAB.VIII.29.
N.3
N.1.
N.2.
N.4.



aemulum. In omnibus *calculi affectibus* specificam possidet leniendi et evacuandi vim, dum viscida incidit, attenuat et per Vrinam eliminat, hinc in *Asthmate* quoque laudatur quam maxime. Plura non addo, cum *Parens dilectiss.* luculentum hac de radice ediderit Schediasma Centur. I. et II. Ephem. Nat. Curios. annexum, in quo, quae radicem hanc concernunt, collegit.

N. 14. et 15. Radices sunt *MVNGOS* vel *MONGVS*, ab animalculo musteliformi sic dictae; crebro vagoque flexu intortae colubrino schemati accedunt, cortice firmiter adnata fungosa, rufa, rugosa, substantia lignosa, dura, fibrarum exorte et fragili, coloris albidi, saporis amarissimi, gentianae instar, sed subtilioris et haud aeque ingrati, a quo amarore nomen Malaicum *Hampaddu-Tanah* i. e. *FEL TERRAE* obtinuit. Planta eminus conspecta faciem exhibet *Centaurii minoris* secundum Excell. *Kaempfer.* in *Amoen. Exot.* Cl. *Rumphius* tamen et *Herbert. de Jäger Clematiti Indicae foliis Persicae fructu Periclymeni* vindicant. Exploratum haec radix antidotum contra Venenum serpentis *Cobra di Capellos* dictae; maxima radiculae celebritas enata a virtute, quam adversus *toxicum Macassarense* exitiale praebet, cui veneno ante radicis hujus notitiam debellando, nullum aliud remedium, quam *Stercus humanum exsiccatum* supererat. Felicissime quoque haec radix nunc exhibetur in *febribus malignis*, inprimis in *purpura puerperarum*, huicque analogo affectu, ceu multiplici edoctus experientia testatur *optimus parens in Mungo Animalculo et radice descript. et Cent III. et IV. Ephem. Nat. Curios. Append. annex.*

TAB. VIII.

HAs quas junctim exhibemus *AVIVM SPECIES*, in tot Tabulis separatim exhibuit Excell. *Mich. Rup. Beslerus in Gazophylacio suo.* Natantes et Aquae adstantes aeri incidi curavit, quod in Agri nostri fluentis, tanquam insolitae et nunquam his in terris nostris visae hospites comparuerint.

Et quidem quod sub *N. 1.* delineatum *CORVVM AQVATICVM* attinet, ille Anno O. R. MDCL. in vivario publico, quod ex duodecim in unum confluxit, hincque nomen Dutzetteich ipsi impositum, a viro, cui cura lacus hujus commissa, dum piscibus insidias strueret, globo trajectus est. Ab Excell. *Charltono Phalacrocorax* vocatur, licet alii corvum hunc Aquaticum a Phalacrocorace distinguant, ut apud Jonstonum de Avibus Libr. IV. cap. V. p. m. 131. patet. A *Clarissimo Rajo* in *opere Willughbejan. de Avib. Libr. III. Sect. II. Membr. I. cap. 3.* refertur inter aves palmipedes tetradactylas, quibus digiti omnes membranis intercurrentibus connexi sunt. Vocatur Anglice *Cormorant*, in Cornubia autem, Excell. *Charltono* teste, *the Shagge.* In rupibus Prestolmae Insulae prope Bellum mariscum hujus corvi nidum, et complures

alios in excelſis illis arboribus prope Sevenhuyſen in Hollandia reperit *Generoſiſſ. Dn. Willugbejus* ; idque notatu digniſſimum reputat, cum praeter hanc et Graculum palmipedem ſive Corvum Aquaticum minorem, nullam avem palmipedem noverit Arboribus inſidentem, nedum in iis nidulantem. *Cl. Sibbaldus in Prodrom. Hiſtoriae Naturalis Scotiae* P. II. Libr. 3. cap. VI. in rupibus aeſtuarii Forthae frequentes corvos hos marinos ſtabulari refert. In agro noſtro rara certe avis

Nigroque ſimilima Cycno.

In reliquis tamen Germaniae provinciis illam repertu dari, nomen evincit, ubi Seerab vocatur, et detorto forte ab hoc vocabulo nomine Scherben/ quamvis aliam plane hujus nominis Etymologiam apud Cl. *Joh. Fabr. Schol. in Animal. Novae Hiſpan. Nard. Ant. Recchi* p. m. 694. inveniamus; cum enim Avis haec Carbonem Aquaticum Alberti credat, nunc *Scharbum* dici putat a Corvo, qui Italis *Corbo* et *Corvo* dicitur, vel ab atro *Carbonis* colore, nam Galli *carbonem* vocant *Charbon*, in qua ſententia etiam *Albertus* fuiſſe videtur, Carbonem Aquaticum hanc avem nominans, vel ab acumine marginum roſtri ejus; noſtri Germani enim acutum dicunt Scharff. Conjectura minus abſona, quam ſi vocem *Cormorant*, quis per *corvum morientem* interpretari velit, quod tamen Cl. *Claudio le Fevre* Pariſino placuit, a quo dum Sequana Pariſios inundaret, horum corvorum Aquaticorum haud pauci obſervati. *Magnitudine avem* ad Anſerem accedere ſtatuit Ill. Rajus; longitudinem quatuor et amplius Spithamarum tribuit *Generoſ. Eques Caſſianus a Puteo*, qui inſuper de *colore* ſcribit, nigrum in hoc praepollere, niſi quod Capitis vertex capillatus, colli ſupremi mediocris portio, et ſub capite ad roſtri principium plumae albeſcant, macula inter hanc albedinem nigriuſcula et non parva intercluſa. Sub ventre quoque ad crura praecipue candidae ſunt pennae; reliquae corporis omnes nigricant, verum non tam ſaturo atroque colore, ut in corvis noſtris, ſed aliquid cinerei ſubobſcuri atroque rubentis et in collo ſubcaerulei admixtum. *Ora pennarum in cauda* quoque albet, quae palmum et dimidium longa ultra pedes extenditur, extrema circumſcriptione cum expanditur ſubrotunda, interius concava, pennis 14. conſtat rigidis et duriuſculis, nullis ei neque in prona, neque in ſupina parte incumbentibus longioribus pennis. *Roſtrum* (in noſtro quatuor digitos et quod excedit longum) luteolum, et hoc peculiare obtinet, quod ſuperior ejus pars in fine, ut e figura expreſſa elucet, acumen habeat, quo unco veluti harpagone acutiſſimo, ad extrahendos firmandosque piſces dexterrime utitur. *Mandibula* ſuperior nigra marginibus acutis; mandibulae inferioris margines compreſſi, lati. *Oculi* propius ad aperturam oris ſiti ſunt, quam in aliis pleriſque avibus, iridibus cinereis. *Lingua* exigua et fere nulla. *Gulam* patentiſſimam habeat oportet, cum haec quatuor et ſex etiam mediocrium piſcium priusquam in ventriculum detrudantur, capax exiſtat. *Ventriculus membranaceus*, ſuperior ejus pars glan-

glandulosa densa. Intestina longa, aliquot vicibus revoluta. *Appendices* seu *caeca* perexigua, secundum *du Hamel Reg. Scient. Acad. Hist. L. I. Sect. XI. cap. IV. p. 135.* nulla plane. *Hepar* ei amplum, in duos divisum lobos, quorum dexter major. Pediculis pallide ruffis, qui in medio dorso magnam maculam nigram habet, infestatur. *Crura* valida, brevissima, crassa, lata, et compressa saltem in junioribus. *Pedes et Vngues* nigri, cute tecti in squamas non integras sed cancellatas divisa. Digiti quatuor, omnes antici lata et nigra membrana simul juncti, extimus longissimus est, reliqui ordine breviores. Medii unguis parte interiore serratus est. *Structura* haec *pedum* natationi visa est maxime accommodata: triplici enim membrana quatuor digiti una colligati aquam magna facilitate retrorsum agunt. Quin etiam, Gesnero teste, pede altero praedam sursum vehunt, cum interim pedum digitis et membranis introrsum deflexis aquam sub ventre recta pellunt; nec corpus huc illuc deflectit. Secus eveniret, si digiti extrorsum prominerent: tum enim idem accideret, quod in scapha cernimus, dum uno duntaxat remo impellitur; ea quippe in orbem agitur, non recta promovetur: ac pedum brevitas huic quoque rei servit. Nam si pes longior esset, obliquus magis foret natatus, ac pes non recta ventri subjectus, facile huc illuc deflecteret. Haec ingeniosiss. du Hamel. l. c. qui plurima insuper de structura interna partium avis hujus retulit. Hodoeporicorum Scriptores Indici, quomodo corvi hi aquatici ad piscium praedam assuefacti sint, referunt, sed non opus est, ut in Indiam recurramus, cum Anglis Gallisque, imo Germanis quoque nostris, hoc artificium non lateat, et corvos piscationem edoctos, ab Eminentissimo Celsissimoque quodam Electore Viennam missos, hac in Vrbe ante aliquot menses conspexerimus.

N. 2. Exhibet *Gallinaginem sylvestrem* Aquaticam, a nemine nomine hoc descriptam. Rostrum si exceperis, plurimum cum Ciconia nigra a Generos. Equite *Cassiano a Puteo* descripta convenit. Hanc Auctor noster Tabellae descriptionem subjunxit. *Rara haec Avis est in locis paludosis victum quaeritans, colore atro et ruffo, per totum corpus instar holoserici splendescente, rostrum oblongum quodammodo incurvum, crura alta et fusca, digitos longos habet.*

N. 3. Quam *Auctor* singularem *HIRVNDINIS Aquaticae exoticae speciem* exhibet, nihil ferme cum Hirundine commune habet, ideoque notatus ab *Excellentissimo Rajo* in opere *Willugbejano de Avibus*, et jam olim a *Wormio in Museo* p. 306. Qui Colymborum generi asserit, et Avem hanc apud nos hic alias incognitam, in Pegneso tamen captam, Colymbum Arcticum *Wormii* Lumme dictum credit, cujus *Carolus Clusius* in Auctario, et multo fusius Excell. Wormius in Museo meminit. Addo *Auctoris nostri* M. R. Besleri verba, e Gazophylacio avi huic suffixa: *quis non in volucri palustri summam colorum varietatem miretur: a capite enim inchoando superior pars candet, infe-*

 rior

rior floccorum nivis instar albicat, in dorsi principio pennae duae nigricantes, albis punctis distinctae exurgunt. Alias dorsum universum, una cum cauda ferruginei coloris, alae quidem nigricant, punctis tamen niveis ornamenti instar distinguuntur. Pedes exporrecti subfusci coloris, rostrum nigricans ad subulae formam effigiatum, quo pisces quasi hamo excipere solet. In Figuris aeri incisis; quarum titulus: *Oyseaux de la Menagerie de Versailles* Tab. 6. haec avis quoque delineata, sub nomine *Plongeon de la mer echiquete.*

Quam N. 4. sub nomine *ADMIRANDAE AVIS CUCULLATAE AQUATICAE* exhibuit Cl. *Beslerus,* videtur esse Colymbi Cristati species, a nemine hactenus, quam Auctore nostro et post illum a Cl. *Wormio* sub nomine *Colymbi Cristati sive Auriti* descripta: verba e Gazophylacio jungo: *Animal hocce capite monstrosum, in aquis natare, ex decubitu naturali conjicere licet. Comam quam in fronte cernis ferruginei coloris; ex parte maxillarum, plumae flavescentes repullulant, quae in extremitate nigriores factae, circulum egregie repraesentant. Collum cum Ventre albicat, dorsum cum Alis cineritii est coloris, extremitas tandem in albas desinit plumas, pedes cum adnatis membranulis, semicirculis distinctis albicant, ubi in quolibet Pede unicum tantum unguem animadvertere licet.*

TAB. IX.

N. 1. Lectorum oculis exhibetur *AVIS* illa *PARADISIACA* sic dicta, vel ob Colorum venustatem corporisque speciem, vel quod ubi locorum nascatur, unde venerit, quo se recipiat, hactenus non certo constet. *Manucodiata* dicitur secundum *Excell. Valentin. in Museo Museorum,* a vocabulo Moluccano corrupto *Maotto Tirvata,* quod *Dei avem* denotat. Vocatur pariter *Apus Indica,* quod illam pedibus destitui crediderint Historiae naturalis scriptores alias diligentissimi, tanto hoc deliniti praejudicio, ut incomparabilis alias *Aldrovandus Antonio Pigafetae,* qui primus hujus Avis notitiam Europae nostrae dedit, dicam scribere non erubuerit, quod avi huic tribuerit pedes, id quod Auctori quoque nostro contigit, qui Avem Paradisiacam apodem pronunciavit, quo nomine et Firmamento Sobiesciano sive *Uranographiae Ill. Hevelii* illata, plurimisque stellis illustrata cernitur. Pro Epicheremate quoque *Apus* fuit Laur. Pignorio, cum inscriptione: *TELLUREM PRESSISSE PUDET.* Nec hic substitit error, peperit plura credendi levitas de hac ave figmenta, quae recensere, refutare est; eam scilicet caelesti rore nutriri et vivere, cum ex avium rapacium sit genere; perpetuum exercere volatum, nec nisi alis in sublimi expansis acquiescere, nunquam vivam capi, sed mortuam tantum in terras praecipitari; dari in masculorum dorso cavitatem quandam, in qua foemellae, quibus venter etiam cavus sit, ova sua deponant,

atque


N.1.



N.5.


N.8.


N.6.






N.1.
N.7.
N.5.
N.8.
N 4
N.2.
N.6.
N. 3.



atque ita utriusque cavitatis auxilio, ea incubari, quae otiosorum credulorumque hominum commenta non tantum ex *Joh. de Laet*, *Clusio*, *Wormio*, *Marggravio*, imprimis autem *Bontio*, fabulosa esse probat *Excell. Rajus in opere Willugbej.* de Avibus, sed et veritatem ex avibus integris allatis pedibusque instructis evincit. *Bontii* locus omnem dirimit litem *Histor. natural. et Medic. Ind. Oriental. Libr. V. cap. 12.* Tantum abest, scribit, has Paradisi aves vel pedibus carere, vel Aëre nutriri, ut unguibus incurvis et peracutis parvas aviculas Chlorides, fringillas et similes venentur, easque mox sicut reliquae rapaces aves devorent: ut nec illud verum sit, eas non nisi mortuas inveniri, cum et Arboribus insideant, et sagittis a Tarnacensibus figantur; unde etiam a celeri et reciproco volatu hirundineo hirundines Tarnacenses ab Indis vocentur; *Vid. quoque Rev. P. Bonann. in Mus. Kircher. Class. VII. n. 9.* p. 227. Quid de ave hac *Cl. M. R. Beslerus*, in Gazophylacio habeat, recensebimus: *Pennarum.* scribit, *ambitus discolor est, sed admodum venustus, plumae enim superiorem capitis partem exornantes sunt molles, tenuesve et ex cyaneo mire virides, quae mentum tegunt spissae, colore luteo egregie micantes. Rostrum hirundini prolixius, corporis moles tota pennis fulvis in ruffum vergentibus obducitur, quae in pectore et ventre collocantur latissimae, colore nitidissimo fulvae sunt. Alarum Pennae inter nigrum et ruffum fulgent: Dorso fila gemina annectuntur tres palmos longa, nec exacte rotunda, nec perfecte angulata, sed media figura, nec nimium crassa, nec summe tenuia, verum sutoris filo haud dissimilia, fila tamen bina nigredine splendescunt. Pedibus carent.* Haec Auctor noster, cui error de pedibus eo magis condonandus, quod cum maximis viris errorem hunc erraverit. Quod autem *fila* illa sive *cirros* attinet, nil aliud quam pennarum scapos plumis destitutos judicat *Excell. Rajus*, illosque vim ullam musculosam obtinere asserit. Addit tamen *optandum esse, ut qui Indiam Orientalem adnavigant, easve regiones petunt, in quibus Manucodiatae inveniuntur, ab incolis diligenter exquirerent, ubi et quomodo nidificent, cuique usui inserviant tum pennae illae longissimae, e lateribus pectoris hinc inde magno numero enatae, quae tum ultra caudam in longum aliquousque procurrunt, tum in latum diffunduntur, tum praecipue scapi illi longissimi supra dicti, quorum usus, ut verum fateamur, nobis hactenus incompertus est.*

N. 2. *MANUCODIATA*, *Regis* titulo insignita exhibetur, quae rarissima Avis cum e Besleriano Museo in Maenlinianum delata, cum illo ex urbe hac aliorsum venit. Interim delineatio cum illa *Marggraviana* optime convenit, ex descriptione, quam Cl. Herbertus de Jäger apud Excell. Valentinum in Museo Museorum dedit, supplenda. Arouensis Insulae, a nova Guinea 20. circiter milliaribus dissitae, imperio hodie Bantamensi subjectae incola est. Caput illi parvulum, summitas coloris miniati, collum digitum longum, coloris cum cervice sanguinei; oculi parvuli, cum macula nigra; pectus plumulis

castaneis ad griseum accedentibus obsitum, apparet inibi semilunaris macula, e plumulis subtilissimis holosericum aemulantibus, coloris ex nigro splendenti viridique caeruleoque mixtis. Rostrum rectum, satis crassum, acuminatum, sesquidigitum longum. Colore ex viridi et caeruleo mixto, versus acumen tamen albicans. Corporis autem longitudo a collo ad caudae exortum vix trium digitorum et semis. Alae supra septem longae. Cauda lata et sex digitos longa. Ala et cauda pennas habet latas et fortes, digiti latitudine. Totum dorsum, infimus venter, alae, cauda, elegantis sunt brunni coloris. Sub alis in lateribus inter alas et crura exoriuntur multae pennae pedem plus vel minus longae, elegantis structurae, quae supra caudam longe extenduntur. Inter has pennas duo quasi fila extenduntur, totius aviculae adaequantes magnitudinem, prope exortum flavi seu aurei coloris, ac versus extremum incurvata umbilicataque, secundum Marggravium obscure brunni coloris, secundum Herbertum de Jäger autem coloris Smaragdini in citrinum desinentis, ex minimis contexta plumulis, elegantissimae structurae, id quod maximam in pulcherrima hac avicula meretur admirationem. Pedibus minime destituitur, quod *Cl. Olearius* in Itiner. Ind. Mandesl. L. 3. voluit; sed si αὐτόπτην *Marggravium* audiamus, habet duo crura, quodlibet inferius duos digitos longum; quatuor digitos in pedibus, tres antrorsum, unum retrorsum versum more communi: medius anteriorum paulo longior caeteris; posterior etiam satis longus; quilibet ungue lunato, seu adunco, accipitrino, forti praeditus. Suntque crura et pedes satis crassi ac ad rapinam comparati.

N. 3. *MONSTROSA HAEC* avis in Museo *Basil. Besleri*, quod ad *Dn. Engellandium* haereditatis Jure devolutum, conspicitur, licet rostro arte corpus affictum sit. Monstrat autem avem a variis nationibus varie appellatam. A Brasiliensibus vocatur *Toucana* Plumis nigris, quibus ad saltandum utuntur; Peruani *Tacataca*, a continuo percussionis arborum sono, qui Tac Tac est, appellarunt; hinc non invenuste Hispani vernaculo sermone suo pariter hanc avem *Carpintero*, hoc est, *fabrum Lignarium* nominarunt. Mexicanis, Nierenbergio teste, *Xochitenacatl* dicitur; Oviedo *Picuto*, et quidem secundum *Joh. Fabrum Lynceum* non a Pica vel Pico, quarum generi avis haec accensetur, sed a rostro, quod Hispani suo idiomate *Pico*, et Itali *Becco* appellitant. Accensetur alias ab ornithologis *Picarum* familiae, quod post diligentissimum *Aldrovandum* etiam ab Excellentissimo *Rajo* in opere Willugbejano factum; modo citatus autem *Jo. Faber Picis* potius *Martiis* annumerat, idque sumptis rationibus ex nidi figura, locoque, ac pedibus firmat. Quod ad pedes, suboluit Excell. *Rajo*, quod res est, qui descriptioni avis hujus ex Aldrovando desumptae, haec adjungit et notat: *suspicor ego digitos pedum in hac ave, Picorum more dispositos esse, nimirum binos ante, totidem retro; nam et talis est conformatio pedum Aracari Marggravii, avis huic simillimae; Aldrovandus vero rostratae huic Avi in omni-*

omnibus Iconibus tres digitos ante, et unum pro calce appinxit. Abſtineo a longiori Avis hujus deſcriptione, roſtrum tantummodo avis conſideraturus, cum reliquum corpus in *Muſeo Besleriano* huic avi affictum; et a *Carolo Antonio a Puteo* Equite doctiſſimo, ex viva ave, quam ipſe apud Galliarum Regem in Fontebellaquenſi atrio optime delineatum, quod expoſitioni in Animalia Novae Hiſpaniae *Nardi Antonii Recchi* inſeruit toties citatus *Joh. Faber Academ. Lync.* *Roſtrum igitur huic avi admodum latum, palmum fere unum et duos longum, ab inferioris partis initio ad ſuperioris extremitatem dimenſum. Inferior pars ubi craſſior eſt, videlicet prope oculos, duplo minor eſt ſuperiori, et prope finem, ubi recurvum eſt, etiam triplo. Subſtantia tenuiſſima licet, oſſea tamen, ſplendida, leviſſima cava, atque Aëris intus capaciſſima, ideoque naribus praeter reliquarum avium morem carere quis crediderit. Siquidem tenuitatem ejus Aër facile penetrare poteſt. Nam ſiquid aperti in eo natura molita fuiſſet, id extrinſece fracturae roſtrum obnoxium reddere potuiſſet. Vnde fortaſſis etiam velut quibusdam dentibus inſtructum eſſe voluit, quos ita diſpoſuit, ut roſtrum omnino claudi nequeat, aërisque ingreſſum facile admitti. Eſt autem ſerratum, et velut e ſquamulis quibusdam compoſitum, quae unguibus nullo negotio divelluntur. Color roſtri ſecundum Aldrovandum flaveſcit, ſed in infima magis quam in ſupina parte. Carol. Anton. a Puteo, ſuperiori ſua parte, ubi Capiti adhaereſcit, viridiuſculo colore tinctum eſſe, et ex eodem virore ad acumen lineam producere refert, inferiore vero parte capiti quoque commiſſa caeruleo lucens colore. Totum reliquum roſtrum inſtar ligni ſerpentini atro rubentis intercurſantibus nigris maculis ac lineis quamplurimis pictum. Interna ſua parte croceo verſus extremitatem tamen caeruleo fulgebat colore.* Promeruit Avis noſtra Tacataca, ut cum ramo myriſticae Arboris, quem roſtro tenet et quam arborem ſaepius forte pulſat, ſub nomine *Anſeris Americani vel Toucan*, e novem ſtellis fixis conſtans, *Firmamento Sobieſciano* inter Phoenicem Eridanumque inſereretur. vid. *Prodr. Aſtronom. cum Catal. Fixar. Illuſtri Hevelii* p. 119. et 320. Reverendiſſ. *Anton. a Burgundia in Linguae vitiis et remediis* Emblematice expreſſis, pro lingua jactabunda exprimenda, Ave Toucan utitur, hoc lemmate: *Minor ore ſuo eſt*, et addita explicatione:

Barbara Pica, ſuo minor ore, (ita teſtis Vlyſſes)
Non habitat terras, Belgica Nympha tuas.
Errat bucco ſui minor eſt dum laudibus oris;
Belgica nonne ſuo pica ſit ore minor.


ubi per *Vlyſſem*, *Aldrovandum*, per *Bucconem*, hominem tumentibus buccis ſive jactabundum intelligit. Traditur a nonnullis, hanc avem eſſe *Piperivoram* ſive Piperis voraciſſimam, ſed ab Americanis amicis, qui-

bus familiariter usus fuit *Joh. Faber*, nil resciscere hac de re potuit, ut non sine ratione hoc de asserto dubitet; magis adhuc dubiae veritatis erit *Ambrae gryseae excretio per inferiora hujus Avis*, quam sub nomine *Aschibobuch* intelligere videtur *Megiserus in descript. Insul. Madagascar*; id quod lepidissima expressit *Icone Klobius de Ambra.* p. 41. Commemorant hanc avem in Aëre visam, cum Christiani Anno 1571. ductu *Johannis Austriaci* ad Naupactum sive *Lepantum* in sinu Corinthiaco, celeberrima illa navali pugna Turcas superarent, ac in ipso volatu telo confossam, in pugnantium globum decidisse. Vid. plura alia curiosa hac de Ave in *descript. Musei Academici Lugduno-Batavi*, in quo Rostrum hujus avis obvium. Vid. quoque Olear. in Mus. Tab. XIII. n. 7. et Pettiver in Gazophylac. Art. et Nat. 44. 13. c. 523.

N. 4. *CAPUT ROSTRUMQUE PLATYRINCHI* a *Gesnero Wormioque* optime descripti, quae avis, quod rostrum cochleare figura referat, Germanis die Löffel-Gans / Anglis *the spoonbill'd Duck* dicitur. Apex partis superioris rostri vel incuria vel temporis longaevitate abrupta, ut dubium mihi injecerit, an caput hoc rostrumque non extiterit *Phasiani marini* ab Excell. Charltono in elegantissimis Exercitationibus de Differentiis et Nominibus animalium, accuratissime descripti, cujus Phasiani rostrum ad extremitatem instar cochlearis quoque expansum compressumque; sed cum Apophysis incurva desit, anceps haereo. Simile caput avis vid. apud *Olear. in Mus.* Tab. XIII. n. 4.

N. 5. *CAPUT GRUIS BALEARICAE* vel *JAPONICAE*, cum Crista in Capite densa, rotunda, e setis quaquaversum diffusis, porcinis similibus, colore spinularum Erinacei vulgaris composita, qua nota ab omnibus aliis avibus primo statim aspectu facile distinguitur. Prae vetustate, quae omnibus minitatur interitum, calvitium paene huic gruis cristae inductum, ut rarissimae adhuc setae appareant. Num avis haec *Bosmanni* dans la description de la Coté de Guinee XV. lettr. p. 273. quam Belgae *avem Coronatam* sive *Kroonvagel* nominant? An *avis regia*, cujus in Histor. Scient. Reg. meminit du Hamel libr. III. Sect. IV cap. 2. p. 264. An *Catrea* Aeliani, vel *Pavo marinus* Clusii, Exot. Lib. V. c. XI. p. 105.

N. 6. *AVIS* est inter Anserem et *Anatem feram* media, coloris fusci maculis nigris albicantibusque interdistincta; Anati, plumis mollissimis *Eider* dictae, per omnia fere similis, cujus accuratissima in *Museo Wormiano* p. 302. descriptio. Notum est hoc avium genus plumis mollissimis, culcitris magnatum fulciendis aptissimis, quae in exigua copia se valde dilatant, et prae reliquis calefaciunt, et nomine Eyderthun omnibus notissimae. Videtur haec Anas eadem esse cum *Colca Scotica* ave, de quibus Buchananus de rebus Scoticis L. I. ubi de Insula Svilskeraja agit: *In hac Insula*, scribit, *rarum et aliis regionibus ignotum genus avis conspicitur: Colcam vocant, magnitudine paulo infra Anserem: ea singulis annis Vere eo adventat; Pullosque exclusos eo usque educat,* *dum*


N.3.


TAB X. p 37.
N. 7.
N. 6.
N. 5.
N. 8.
N. 3.
N. 4.
N. 2.
N. 1.

dum ipsi sibi prospicere possint. Ad id fere tempus Plumae sponte defluentes e toto corpore nudam destituunt ac tum demum ad mare se recipit, nec ante proximum Ver usquam conspicitur. Illud quoque eis est singulare, quod earum pennae caulem non habent, sed levi, et cui nihil prorsus duri adest, pluma totum corpus velut lanugine vestiunt. Cl. *Sibbaldus* avem hanc sub nomine Capricalcae delineavit in Tab. aenea XVIII. quae quoad omnia cum *figura Auctoris nostri* convenit; in Prodr. tamen Hist. Natural. Scot. P. II. L. III. cap. 6. p. 21. *Colcae* non tamen *Capricalcae* meminit. Sic in Indice Operis Willugbejani: *Capricalca* avis *Scotica* omissa, cum ejus nec in Tabulis aeneis, nec in descriptione ulla injecta fuerit mentio.

N. 7. *ROSTRUM ET CAPUT* est *RHINOCEROTIS AVIS*, sive *Indici cornuti* corvi *Bontii*, de quo sequentia habet *Beslerus in Gazophylacio: Hujus avis insolens magnitudo, caput duorum dodrantum, cirris ornatum nigris. Rostrum recurvum non rapacium more, sed instar arcus cujusdam. Cornu e fronte enascitur Rhinocerotis cornu non dissimile, sed in fine recurvum* (id quod Glyptes in Tabula aerea non accurate expressit) *Color* in superiore et inferiore parte miniaceus, in media luteus, in margine linea nigra obducitur; *substantia* hujus *Cornu* est levissima et cava. An *avis Rhinoceros* sit *Tragopan* Plinii, disquirit Cl. Olearius in Museo. Ill. Ludolfus in comment. Hist. Aethiop. Libr. I. cap. XII. num. LXXXIX. pag. 162. per Tragopana Avem *Casuaruim* sive *Emeu* potius exprimi credit. In Museo Kircheriano Rhinoceros avis cum Toucan ave confunditur; addit Rev. *P. Bonanni* virtute haec rostra constare alexipharmaca, hinc ab Indis maxime fieri. Vid. quoque *Excell. Valentin. Mus. Mus.* T. II. p. 156. qui figuram nostram Beslerianam citat.

TAB. X.

DUcit nos *Rhinocerotis* avis *cornu* ad Tabulam Cornibus dicatam. Haec inter maximas certe *UNICORNU VERUM* dedit controversias, cui animalium sit generi accensendum. *Catelanus* in *Dissertat. de Unicornu* omnium pene fabulas collegit aerique impressit animalia *unico cornu* instructa. Post hunc aureum de Unicornu Tr. scripsit, omnis eruditionis literariae promus condus *Bartholinus.* Et nemo pariter citius *Wormio*, ipsoque *Bartholino* detexit, natales non inter quadrupedia Animalia, sed inter Pisces inprimis cetos quaerendos esse; quibus Amplissimus Amsterodamensium Consul *Tulpius* in *observ. Medicis* jungendus est. Accuratius nemo *Sachsio* in *Monocerologia* sive Dissert. de Genuinis unicornibus, qui descriptionem Unicornis a Cetariis Hamburgensibus capti Anatomice dedit, de celebrioribus Unicornibus Mantissam subjunxit, Piscisque *Nahrval* plenariam cognitionem omnibus exhibuit. Veterum praejudicio occoecatus M. R. Beslerus haec verba ad Unicornu latera agglutinavit: *Inter animalia Mono-*

K *noce-*

nocerata palmam praeripit illud, quod procerius est pullo equino 30. mensium, in fronte cornu trium cubitorum longitudine, ubique tereti, et quasi fasciis ab imo ad summum ascendentibus, distincto prominet. Coloris est id Animal equi mustelini, caput Cervi instar, rarissimaeque jubae ab altera parte dependentis. Tibias graciles hinnuli instar habet, ungulas bifidas, posteriorum tibiarum pars villosa, ferum quidem visu animal, sed ferocitatem natura singulari comitate condivit. Haec ex veterum fabulis *Auctor* noster, sed gerrae haec hodie sunt, atque aedepol lirae lirae; et certe mutasset sententiam, si unicornu cum Capite Piscis *Nahrval*, quod Artificis manus post Besleri fata affixit, intueri licuisset. In America quoque Piscem hunc Monoceratem non extorrem esse, *Rupifortius in Historia naturali* Insularum Antillarum cap. 18. abunde docuit, ut non solius septentrionis Europae Incola, quod hactenus factum, credi debeat. *Consulatur Illustrissimus Willougbejus* in Regio de *Historia Piscium opere* Libr. II. cap. IX. qui in Tabula, ubi *Piscis Monoceros* ejusque cornua variorum auctorum exhibita, Embryonis alicujus cornu quoque aeri curavit incidi. Sed quid de hisce Vnicornibus censendum, disquirit modo laudatus Sachsius l. c. Add. *Pomet* l'Histoire generale des Drogues P. II. Livr. I. c. 33. p. 78.

N. 2. Ectypon *CORNVVM VACCAE*, quae primo intuitu cervina mentiuntur, quorum prototypon in Bibliotheca nostra. Hujus naturae lusus meminit Leibnizius in Memorabilibus Bibliothec Noribergensis p. 18. creditque matris hoc vitio contigisse, quam aut de communicando foetu Cervus convenit, aut impense nimis imagine facta errare permisit natura. Quae si Romanis olim evenissent, aut hostiis majoribus expiassent, aut lectisternia indixissent.

N. 3. et 4. *CORNV* est *CAPRI BEZOARDICI*, duri ac rigidi, fibris rectis per longitudinem Cornu excurrentibus, foris ab ima ampliore parte nodosum, circulis eminentibus tanquam callis, (nescio an Aetatum indicibus) ad medium circiter, ubi sensim elanguescunt quasi, aut planiores redduntur, exasperatum, intus cavum. Sic graphice cornua haec descripsit Acad. Nat. Curios. Phosphorus Excell. Major Ephem. Nat. Cur. Dec. I. Ann. VIII. observ. 1. quae ab illo scripta, optime cornibus in Museo Beslero - Engellandiano obviis conveniunt, maxime autem ab illis capri Bezoardici cornubus differunt, quae ab Oleario in Gottdorpiensi Museo exhibentur. Putat autem Excell. Major rationem differentiae in discrimine vel speciei, vel aetatis, vel sexus esse quaerendam. *Pomet* l'Histoire generale de Drogves P. II. Livr. I. chap. 3. p. 10. Capram Bezoardicam depinxit, sed cornua pariter nostro non conveniunt.

Fig. 5. Genuinum *CORNV LEPORINVM* exhibet, quod non amplius insolitum, cum plurima cornutorum Leporum exempla prostent, quae collegit laboriosissimus Paulini in Lagographia curiosa Sect. I. cap.

3. §. 1.

rvat.
Quod
otry-
r.
VAE
VM



ibula
VA-
ische
colis
i no-
V. c.
atur.
- Li-
ßum
Patre
bina-
uen-
tum
ibus,
ßtio-
ſajo-
n. du
227.
ram
rum
Mu-
Vul-
erſi-
: fla-
lidiſ.
Muſ.
rren
pre-
me
par-
, et
tur,
deo

ANIMALIA.


Lacertus peregrinus sqãmosus.
Indianische. Schuppichte Eydey.


Armadillus siue Tatoú.


Lacertus Indicus
Indianischer vierecktigt figurirter Eydey.


Lacertus peregrinus.
Seltzamfrembd ard Eydey.

no
m
et
Co
ju
be
ſu
ve
po
Pi
cu
eſ
ab
nu
Re
M
cu
ce
re

vi
ra
p.
do
mi
pia

re
pa
tat
au
nu
Ep
me
ma
Ol
Ma
xu
I.
ſtr

pli
qu

3. §. 1. pag. 47. et Ephem. Nat. Cur. Dec. II. Ann. VI. Observat. CLXXXIII. p. 368.

Abludit tamen plerisque *CORNV LEPORINVM* figurae 6. Quod subfusci coloris et gyratum est. Confer quae de cornu Leporino botryoide, et aspidoide habet Excell. Welschius Hecatost. I. Observ. XX.

Fig. 7. Asserit Auctor noster esse elegans *CORNV CERVAE* ideae protuberans, caputque avis in summitate repraesentans.

Fig. 8. *INCVRVATVM BICEPS CORNV CERVINVM* cum cranii particula, ubi sutura conspicua est.

TAB. XI.

Cornibus instructa *animalia, squamis et loricis* tecta in hac Tabula sequuntur. Et quidem *LACERTVS HIC INDICVS SQVAMIS undique* munitus et armatus, *Auctori nostro* Indianische schuppichte Eydex / a *Siamensibus Lin*, ab *Insulae Formosae* Incolis *Diabolus Tajowanicus*, (hoc enim Castelli in hac Insula extructi nomen erat,) teste Cl. Bontio Hist. Nat. et Medic. Ind. Orient. Libr. V. c. 8. p. 60. a Lusitanis *Bicho vergonhoso* insectum verecundum vocatur. Anglis et quidem in Mus. Societ. Reg. P. I. Sect. 2. p 46. the *Scaly-Lizard* dicitur elogio addito: *optime et perbelle figura aenea expressum esse a Beslero nostro (he is well pictur'd in Besler.)* A Pl. Rev. Patre *Tachard dans le Second Voyage au Royaume de Siam, Lacertus echinatus vel Erinaceus* nominatur, quod ad instar hujus animalculi ingruente metu se contrahat et corruget, ac mucronatis squamis, quibus totum corpus, gutture excepto et parte Ventris infima anterioribusque cruribus, horridum, minas quasi intentat; cum tamen innocentissima sit bestiola, nemini nisi formicis insidias struens, ut nil minus quam diaboli Tajowanici nomen mereatur, sic sentiente *Straussio in Itiner. p. 31.* *Dn. du Hamel in Reg. Acad. Scient. Hist. L. II. Sect. XI.* cap. 2. p. 227. ideo Diabolicas bestias nominari credit, quod talparum more terram suffodiant, oryzam, imo et tectorum fundamenta subruant. Duorum utplurimum pedum longitudinem attingit; *Scarabella nell Museo di Settalla* c. 30. p. 160. duorum cubitorum pronuntiat. Vulpeculam proceritate aequat. Squamarum pariter pro partium diversitate magnitudo, omnes tamen ad exortum striatae corneae obscure flavescentes, secundum Cl. *Jacobaeum Mus. Reg.* p. 9. imo ossibus solidissimis duritie pares *Mus. Soc. Reg. Angl.* et ex mente *Cl. Olearii in Mus. Gottdorff.* pag. 7. 8. lamellis fructus Abietis exsiccatae (dem dürren Tann-Zapffen) non absimilibus: Illae quae collum et capitis supremam partem tegunt, (ut Cl. *Clusii in Auctar. Exot.* p. 375. verbis me expediam) semiunciam non longae sunt, atque mediam corporis partem inter crura comprehensam muniunt, binas uncias longae, et sesquiunciam latae, quae deinde per eandem longitudinem sparguntur,

adeo amplae non ſunt, ſed ſenſim verſus ejus extremum procedendo minuuntur, ut extremam caudam occupantes, iis quae collum tegunt, vix ampliores ſint, quae autem caudae latera utrinque claudunt, forma prorſus a reliquis diſſimiles, nam planae non ſunt, aliarum inſtar, ſed cavae quaſi incurvatae, quia pronam et ſupinam laterum partem tegunt. *Cauda* autem valida et pedem fere longa, in ſuperiori parte rotunda, in inferiori aliquantum plana cum parva excreſcentia carnis albicantis in extremitate, ſecundum Rev. *P. Tachard* l. c. Capite et promuſcide Lacertus hic non eſt porcino, ut Armadillo, ſed tenuiori et acutiori Talparum more, quo terram commodius evertat. Collo plane deſtituitur. Pedes breviuſculi palmam circiter longi, qui durioribus pilis leporinis veſtiuntur, iidemque pili hinc inde erumpunt in dorſo ex ipſis ſquamis; ſic guttur quoque et ventris ima pars, nigris obſita villis. Poſteriores pedes quinque unguibus brevioribus, anteriores tribus oblongis craſſis, ſed imbelle curvis armatur, ſicut in Braſilienſi Tamandoa, quibus aeque ac illa Formicarum et vermium latebras, detegit; praedam qualemcunque mordicus tenet, et ut *P. Tachard* credit, anterioribus arripit. Oris apertura, exigua plana, praelonga tamen Lingua, teres quam ſerpentis ad inſtar ejaculat, ſed absque ullo damno. Tachardus miratur, animalculum hoc neque legumina comedere, neque fructus ullos, neque Oryzam, neque piſces vel carnem, aut aliud quicquam eſcae loco ipſi objectum, ſed mirari deſiiſſet, ſi lacertum hunc formicarum immiſiſſet acervo, tunc enim conſpexiſſet, linguam viſcido humore glutinoſam formiceto immittere, formicisque inviſcatis obſitam extrahere, hocque alimento victum quaerere, teſte *avtopta Strauſſio in Itiner. Bontius* tamen lacertulis quoque inſidias ſtruere ſcribit, illisque pingueſcere, unde ejus caro veſca non ſolum, ſed ſicut magnae lacertae Braſilienſes Leguanae et Tatou, inter epulas ab omnibus paſſim incolis expetitur. An Lacertus hic ſit *Varchiero*, cujus G. *Pſalmanazar e Formoſa Inſula oriundus in Inſulae hujus deſcriptione* meminit c. 24. p. 170. vix determinare audeo. *Anatomen et internam ſtructuram hujus Lacerti noſſe* qui cupit, illam in toties citati P. *Tachardi* itinere ſecundo Siamenſi, curioſiſſimis locupletatam obſervatis inveniet, qui oculis quoque legentium obtulit, quomodo lacertulae hae ſquamatae juniores, matris dorſo inſideant. Vid. pariter *du Hamel Reg. Acad. Scient.* Hiſtor. Libr. II. Sect. XI. c. 2. p. 227. Haec ex optimi *Parentis Myrmecologiae Manuſcript. Capite de hoſtibus formicarum* deprompſiſſe ſufficiat.

Hoc animal Braſilienſes *TATOV*, vel ſecundum Thevetum *Tatoram* et *Tatuſiam*, Mexicani *Ajatochtlem*, Novae Hiſpaniae Incolae *Chircquinctum*, quaſi caniculum cucurbitam, Oviedus *Bardato*, unde Italorum quoque *Bardalo*, teſte *Scarabell. in Muſeo Settalian.* cap. 30. p. 157. fluxit; Hiſpani *Armadillo* et Luſitani *Encovertado*, quod panopliam, et cataphractum denotat, vel ſecundum *P. Martyrem* phaleratum, Angli *Great Strell'd Hedgog*, Belgae *Schildverken*

ken nominant. Nonnulli *Armadillo* magnitudinem Porcelli, alii canis Melitensis assignant, unde facile patet, diversas Tatou esse species. Exprimunt autem Brasilienses generice nomine *Tatou* totum hoc genus loricatum, variasque illarum species peculiari addito cognomine distinguunt; quarum *Marggravius* L. IV. Histor. Brasil. p. 231. et *Piso* Hist. natural. et Med. L. VI. p. 101. tres recenset; *Tatupeba*, *Tatuete*, quae et *Verdadeiro* Lusitanis dicitur, et *Tatuapara*, quarum differentias his ex Auctoribus *Excell. Rajus Synops. Animal. Quadruped* inseruit, et quartam speciem *Tatou mustelinum* e *Mus. Soc. Reg. Anglic. ab Illustr. Nehem. Grew.* descripto, adjunxit. Nobis sufficit nostratis dedisse descriptionem, ex quibus facile quis subsumere potest, cui sit accensenda speciei haec bestiola. *Magnitudine* porcellum optime aequat et figura et corporis proceritate, os certe porcinum acutum et prominulum, rictus mediocris, haud adeo magnis in qualibet maxilla, secundum Marggravium, octodecim dentibus horridus, oculi parvi et profundi, aures longae et erectae patulae membranaceae, tenues. *Caput* respectu corporis tenue et exile, VI. pollicum est ad aures usque, ab auribus ad caudae initium totum corpus duos ferme pedes adaequat, cauda ultra pedem, ambitus pedis cum semisse. Prope occipitium duas habet juncturas, ut Collum moveri possit. Dorsum supra scapulas amplo et lato tegitur scuto, ex orbiculatis juxta Wormium tessellis constante, nisi, quod longiores aliquando sint versus extremum. Reliquum dorsi novem ambitur conjuncturis et circulis, figuris pyramidalibus depictis, lumbos tegit lamina similis ei, qua scapulae teguntur. Constat autem *Lorica* figuris pentagonis, eleganti ordine dispositis, inter commissuras vero constat secundum Pisonem (qui aliquoties hos erinaceos Brasilienses cataphractos dissecuit, ut sciscitaretur, quomodo loricam extendere et contrahere possent) parallelogrammis et quaelibet figura squamis lenticularibus, coloris ex albo subflavescentis. Commissurae constant cute admodum lenta. Haec ratio est, quod dormituriens, aut Venatorem eludere volens, prioribus ac posterioribus pedibus collectis more infantum in Vtero jacentium, ac auriculis introtractis cum cauda capite, et ad caput relatis, instar pilae se componat, atque per commissuras incurvato dorso ac clypeo, ita lateralibus extremitatibus, ac antica et postica parte consertis, ut nihil appareat nisi Lorica capitis ac caudae: adeoque instar Conchae firmiter se claudit, ut ne a validissima quidem manu aperiri et dilatari se patiatur. Observavit Marggravius in dissectione horum animalculorum in quolibet latere musculum insignem longum, et figuram ✕ habentem, plurimis fibris ita decussatim discurrentibus secundum longitudinem, quorum ope validissime se contrahere et continere potest, hosque musculos Marggravius cruciformes appellat. Cauda, praeterquam quod annulis constet duodecim, paulatim magnitudine decrescentibus, ac tessulis quasi Rhomboideis pictis, in apicem squamosum et acutum terminatur. Venter cum gutture, natibus et parte cru-

 rum,

rum, nulla crusta tectus, sed villis obsitus. *Pedes* et *crurum pars* eis vicina tessellis etiam obducitur. Haec e Wormio mutuo sumta, egregie in nostrum Armadillo quadrant. In pedibus anterioribus quatuor tantum digitos habet, duos medios aequales, in posterioribus quinque, tribus mediis aequalibus, duobus lateralibus parvis. Monardi si credimus, talpis in terra potissimum nutritur, et Wormio referente, in specubus ut cuniculus conditur, ut una nocte Leucae spacium excavare dicatur, nisi ligetur, vix tamen se includi patitur. Piso quoque narrat, in Aquis Amphibii instar degere, quod et *Wormius* confirmat, inque uliginosis lacubus versari ait, ubi Piscibus, Lumbricis et Vermiculis pascitur. Formicis sequenti insidiatur modo: Cubat supinus Armadillo, cauda ori admota, qua recta procedentes formicae incidunt in insidias et cibum deludenti suggerunt. Caeterum fructibus Batatis, Pacobis ac Melonibus caeterisque Plantariis, imo Gallinis vescitur, quamobrem rusticis exosum animal, cui perpetuo vel decipulis vel caniculis insidiantur, quem modum Neuhofius docet in de *Brasiliaense Zee en Land Reysen.* Caro quippe Tatou non solum vesca, sed ob teneritatem et albedinem apud magnates delitiarum loco est, hinc assata, elixa, et in artocreatis modum condita, porcellorum et cuniculorum carni praefertur *Pisone* teste. *Marggravius* Tatuete optimi prae caeteris saporis esse affirmat. De Virtute medica post *Manardem* et *Ximenem* haec notavit *Barlaeus* in *reb. gest. sub Com. Maurit. in Brasilia p. m. 369.* Laminas in pulverem comminutas et Drachmae pondere haustas e Salviae decocto, provocare sudorem; et singulare contra Luem Veneream existere remedium. Penultimum autem caudae ossiculum, quo corpori conjungitur, in subtilissimum pulverem redactum, et cum Aceto rutaceo in pilulas coactum et auribus inditum, miraculi instar eam tollit surditatem, quae a causa calida est. Laminae pariter in pulverem comminutae, et mixta Aqua in massam coactae, extrahunt spinas, e quavis corporis parte. Haec Barlaeus et post eum *Scarabell. in Mus. Settal.* cap. 30. p. 158. sed meras fabulas esse Illustr. Patritius Aretinus *Redi* in *Experim. circa res natural. ex Ind. allat. p. 77.* asserit; Hinc *Piso* has ipsi virtutes incompertas esse ait; *Marggravius* autem plane silentio involvit. Haec quoque e *Myrmecologia Manuscript.* optimi *Parentis et quidem cap. de Hostibus Formicarum* desumpta sunt.

LACERTUS INDICUS Germanice Auctori nostro **Indianische viereckichte** figurirte **Eyder**/ vocatur. *Illustr. Rajus* in *Synops. Animal. quadruped.* unum eundemque esse credit, quem *Clusius Exot. Libr. V.* cap. 30. et *Worm. Mus.* sub nomine quoque Lacerti Indici cap. XXII. et *Mus. Societ. Reg.* nomine *Bugelugey* descripsit, cum nostro; ast in plurimis a citatis deflectit delineationibus. *Longitudo* enim vix dimidium *Wormianae* et *Clusianae* adaequat, cauda in longum et tenuem mucronem desinens sesquipedem et aliquot uncias explet, subruffo colore, per totum corpus variegatus, sed variis maculis

ex

ori-
dif-
ius
am
ari-
ior
ete
ien
ta,
;ua
ci-
ta-
im
ri-
pa-
ie-
ius

a-
et
af-
ıla
ia-
ae
n-
et
ri-
et
ra



ıb
e-
ut
m
e-
le
i-
m
o-
us
e-
m

ANIMALIA.

T. XII.











ex albo ad cinereum vergentibus nigrisque intermixtis, nunc majoribus nunc minoribus quadratis et forma Rhomboidea inordinate dispositis, non tamen accurato schemate illo, quod *Clusius* et *Wormius* exhibent. *Cutis squamae* circa caput et collum potius oblongae quam rotundae, in dorso quadratae, per caudam oblongae et quoque circulariter dispositae. *Caput* vix duarum unciarum, nec mandibula superior mobilis, uti in Crocodilo secundum *Wormium*, nec crustis indiscrete positis vestita; sic in apice quoque foramina duo desunt, oblongae tamen oculorum orbitae, et ad collum foramina duo, auditui forte destinata. *Rictus* plane a Wormiano differt, quippe Lacertorum similis, lingua Viperina bisulca, dentes perexigui. Anteriora crura minora et graciliora posterioribus, superne majoribus, inferne minoribus squamis dotata *Pedes* graciles quinque digitis ungulisque incurvis praediti, quorum bini medii reliquis praeeminent. Posteriora crura non multum anterioribus crassiora, longiora tamen et majoribus munita squamis. Pedes pariter graciles, sed longis quinque digitis et ungulis praediti, valde aequalibus, quippe tres intermedii ferme aequales, primus et ultimus perbreves.

Vt *Lacertum Indicum* in Clusio, sic in Besleri nostri Tabula *PEREGRINVS LACERTVS* sequitur, longitudinis duorum et amplius pedum, in ambitu vix septem adaequat uncias. Collum crassum oblongiusculo capiti acutoque hiante rictu annexum, mandibula inferior superiore largior, parvis acutisque dentibus utrinque armata. Dorsum aliquantulum supereminens circulis albis, cui maculae fusci nigrique ac cinerei coloris inspersae, interdistinctum, qui circuli annulique caudam quoque in longum mucronem desinentem cingunt et ambiunt. Quatuor habet crura aliorum Lacertorum instar, lineis pariter albis signata, singuli pedes tribus digitis antrorsum spectantibus, et breve calcar posteriorem pedis partem sive calcaneum occupat. Plura quaere in *Clusio*.

TAB. XII.

Quam sub nomine *SCINCI MAJORIS* hic visui sistit figuram, sub Lucii terrestris, *Brochet de Terre*, nomine exhibet Nobiliss. *Rochefort dans l'Histoire des Isles Antilles chap. 13. Art. VII. p. m. 149.* ut ovum vix ovo sit similius, et si pedes demas, cum Lucio pisce plurimum conveniat. A Dioscoride vocatur χερσαῖος κροκόδειλος *Crocodilus terrestris. Avicennae* videtur esse *Tinsa,* ex corrupto *Scinci* vocabulo; unde vero nomen *Thyro* obtinuerit, quod a rusticis Africanis his Scincis tribui asserit *Ferrant. Imper. Hist. natur. Libr. XXVIII.* latet. Pinnarum loco huic animalculo pedes sunt adeo debiles, ut potius serpentum more repere quam incedere videatur; plani latique sunt humanae manus instar, digiti breviores, unguiculi nulli. Maximi horum Scincorum de-

cem vix pollices excedunt, cutis squamulis lucidis, fuscis gryseo argenteis munita, caput oblongum, rictus quasi acuminatus, dorsum latius magis quam in Lacertis, Venter quadantenus pedibus quasi alatus, cauda rotunda lacertorum more, sed breviore, et circa finem incurva. Cum cavernas et scopulorum latibula inhabitent, noctu lugubrem sonum edunt, ranis coaxantibus nondum perfectis similem; hinc est, quod circa Vesperam ingruentem tantum compareant, teste *Rochefortio* loc. modo citat. *Ferrant. Imper.* l. c. *Lorenzo Legat. nel Museo Cospiano* Libr.I. cap. VIII. p. 35.

SCINCUS MINOR, quem in fine Tabulae Auctor exhibet, melius inter lacertulas et Salamandras refertur ab *Excell. Wurfbeinio Salamandrol.* cap. VI. §. 8. pag. 57. ubi *figurae Beslerianae* expresse meminit, et *Scincus Rhasis* esse videtur. Cum passim omnibus in officinis Pharmaceuticis prostent Scinci, abstineo ulteriori descriptione, Experientiaeque commito, an Sale volatili blando scateant, ob quod diureticum esse perhibentur, et an habeant insimul vim aliqualem alexipharmacam, et adversus Lepram generosum existant remedium, veneremque stimulans. Vid. *Pomet l'Histoir. Generale de Drogves P. II. Livr. I.* cap. 29. p. 68.

CHAMAELEONTIS, quam Auctor delineari curavit, effigiem pluribus, circa oculos, pellem, pedes et anteriores posterioresque aliaque notat *Illust. Nehemias Grew Mus. Societ. Reg.* strenuus in reliquis Musei nostri Besleriani Encomiastes; sed erit hoc, loco excusationis legitimae Auctori nostro, quod animalculum non vivum, sed nescio quibus post mortem annis aeri incisum dederit, in quo membra omnia collapsa, contracta, et a statu naturali recedentia deprehenduntur; nec enim figura *Musei Calceolarii* nostra melior, nec *Olearii* in *Gottdorffiensi Museo*, quae penitus ad ductum nostrae, uti pleraeque aliae ejus figurae, efformata et depicta; et *Jonstoni Chamaeleontis effigies* quoque Illustri *Grew* displicet, sic enim de illa *Jonstoni Figura*, *especially as tothe feet, very false.* Nec *Parisiensium*, quam *Anatome Animalium* intulit solertissimus *Blasius*, quoad omnia exacte convenit cum illis, quas recentiores hodoeporicorum scriptores Illust. *Whelerus* et *Sponius*, *Cornel. le Brun* et *Guilelm. Bosmann* exhibuere. Et horum pariter differunt Chamaeleontum delineationes; quippe Aegyptii differunt ab Africanis Americanisque. Vereor igitur, ne illud mihi quoque in descriptione Animalculi hujus contingat, quod Auctori nostro circa delineationem, praecipue in tot Scriptorum circa Chamaeleontem sententiarum divortiis. Non equidem nobis animus, illa veterum de hoc Animalculo promere praejudicia fabulasque apud Zoographos fuse relatas: hoc enim nostrae non conveniret brevitati. Videat cui volupe apud illos. Nobis illa tantum excerpere placet, quae experientia, veritatis indubia magistra, firmavit. Praeeuntem habemus *Illustr. Rajum* in *Synops. Animal. Quadr.* qui, quicquid *Panarolus*, *Parisi-*

risienses et *Joh. Faber Lynceus* aliique in Anatome animalis hujus annotarunt, exhibuit. Est autem *Chamaeleon* e quadrupedum oviparorum genere, Lacertis affinis et similis, praeterquam, quod caput, et dorsum non depressa et plana sunt Lacertinorum instar, quodque crura habeat longiora. Aegyptii Chamaeleontes magnitudine Asiaticos et Africanos superant, quippe hi posteriores sex plerumque uncias longitudine non excedunt; Auctoris igitur nostri Aegyptium existere longitudo undecim pene digitorum evincit. Moles seu corporis crassities pro regionum varietate, et animalculo se vel dilatante vel contrahente, variat; haec autem intumescentia et contractio non tantum per thoracem et abdomen extenditur, sed ad pedes usque priores et posteriores, et ipsam etiam caudam pertinet. Mox enim corpusculum tumidum et inflatum apparet; mox contractum vacuumque, adeoque macilentum, ut spina valde acuta videatur, costae omnes facile numerari possint, et pedum tam anteriorum quam posteriorum tendines, valde clare et distincte nudo etiam cernantur oculo, ut Tertullianus *Chamaeleontem nihil aliud esse quam pellem vivam*, non inepte dixerit. *Caput*, ut Panarolo videtur, quandam cum *sue* similitudinem habet, sed propter acutiem arietinum aemulatur; a medio capite retrorsum ossea pars triquetra eminet, reliqua antrorsum colligitur cava et quasi caniculata, eminentibus utrinque osseis marginibus asperis et leviter serratis, optime in figura nostra expressis. *Parisienses* Piscis assimilant capiti, optima addita similitudinis ratione. *Crista* in vertice erigitur, et duae aliae supra oculos: inter has cristas in summo capite cavitates sive convalles duo secundum longitudinem extenduntur. Immobile huic animalculo ex omnium pene relatione caput, illud tamen oculorum compensat motus et structura, quae ab aliorum Animalium peculiare quid et diversum obtinet, ceu pluribus *Parisienses* annotarunt lectu certe dignissimis, recensioni nostrae autem longioribus; hoc tantum annotasse nobis sufficiat, Chamaeleontem, uno oculo aliquando immoto, alterum volvere, unum sursum, alterum deorsum; unum dextrorsum, alterum sinistrorsum flectere; imo quod omnem fere admirationem superat, motus hi adeo notabiles et excessivi sunt, ut oculos sub crista, supercilium efficiente, cousque ad canthos circumagat Animalculum absque ullo capitis, quod scapulis affixum est, motu, ut non minus clare, quae directe retro sita sunt aut geruntur, cernat, quam quae ante; testes hujus rei cito avtaptas, Illustres *Whelerum et Sponium dans le Voyage de Dalmatie de Grece et de Levant*. p. 240. seq. et *Cornel. le Brun*. Pictorum solertissimum in nitidissimo, et innumeris ad vivum ab ipso delineatis aereis figuris refertissimo opere, inscripto *Voyage au Levant* c. 31. p. 161. *Rictum* seu *os* Chamaeleontis quod attinet, adeo arcte clausum esse nonnulli retulere, ut nullum habere videatur, maxillis linea vix perceptibili junctis, hinc per foraminula duo in rostri extremitate hoc tantum animalculum respirare crediderunt; id quod *Bosmannus* quoque dans *le Voyage de Gui-*

nee Lettr. XIV. p. 265. annotavit, se nunquam Chamaeleontes Africos rictu vel gula aperta exertaque observasse Lingua: modo citatus *Brunius* tamen multiplici experientia comprobat, Chamaeleontes, quorum quatuor Smirnae simul alebat, quoties illos Aëri liberiori mare versus exposuisset, auram ore latissime diducto hausisse, prominulaque lingua et longiuscule exporrecta incautas muscas Formicasque glutine linguae inviscatas devorasse. Sic *Whelerus* quoque refert de Chamaeleonte, quem in terra reptantem manibus prehendit, rictum illum diduxisse, sibilumque instar serpentum dedisse. *Brunius* insuper modum, quo muscarum capturae, tanquam escae solitae invigilant, fuse describit. Ruit sic praeconceptum illud praejudicium, quo, ut Ovidius olim cecinit,

- - *ventis animal nutritur et aura*

Confer elegantissimam *Dissert. Tubingae Anno 1681. a Cl. Hopfero de Victu aëreo, seu mirabili potius inedia Chamaeleontis* habita. *Linguam* ipsam, quam ad vivum delineavit Brunius, quod attinet, teres illa Pici martii in modum, lumbrico terrestri quodammodo similis, per totum concava et sacci instar vel Elephantis proboscidis in summo aperta, in cujus extremo spongiosus quidam et glutinosus nodus, seu ut alii volunt, caruncula lata et rotunda, caput aciculae referens, quam linguam mira velocitate et velut momento Sagittae instar in longum ad 7. aut 8. pollices evibrans, muscas, formicas, aliaque insecta agglutinata corripit, orique, postea ac ventriculo ingerit, quas plures inibi detexerunt hodierni Anatomici. *Intestina* ampla hoc in animalculo detexere *Parisienses*, *Brunius* nullum, qui apertum Abdomen triginta tantum ovulis, filo quasi connexis refertum reperit. Et *Panarolus* quoque memorat, viscera exiguum in abdomine spatium occupare, ut aëre potius plenum videatur quam visceribus: hinc *Whelerus* nullo ex Chamaeleonte, quem aluit, Excrementa ex Intestinis vidit prodeuntia. *Ova* illa, quibus abdomen refertum vidit *Brunius*, avium assimilat ovis, notatus ideo a *Bosmanno*, qui lacertorum potius ovis similia esse, omni testa duriori destituta, asserit. Reliquum *corporis truncum* quod attinet, quique Thoracem et abdomen continet, tota fere thorax est absque ullo Abdomine, costae enim, quarum in quovis latere XVIII. triplicis secundum *Parisienses* conditionis, ad ilia usque descendunt, cum in aliis multis animalibus in Lumbis vertebrae transversas tantum apophyses habeant, non costas adnexas. Pulmones *Whelerus* per totum fere corpus subtilissime expansos in duos lobos divisos credit, vasis spiralibus sive tracheis in Plantis hoc pacto similibus; vel Cyprini piscis vesiculis secundum *du Hamel in Reg. scientiar. Acad. Libr. II. Sect. XI. c. 2 p. 127. Pedes* omnes similes sunt e 5. digitis, tribus antrorsum, duobus retrorsum spectantibus compositi, posticis duobus anticos tres magnitudine aequantibus: Differunt, quod pedes anteriores duos ab externa, tres autem ab interna parte digitos habeant, viceversa posteriores duos ab interna, tres ab externa. *Ungues* recur-

curvi sunt. *Gressus* huic Animalculo testudineus in terra; supra arbores velociores, ut volatum pene aemulentur. *Cauda* cum inflata rotundatur, gliris caudam bene satis referens, alias tres secundum longitudinem eminentias habet e spinosis et obliquis vetebrarum Apophysibus compositas, duas insuper, hinc inde unam ex apophysibus transversis factas. Cauda etiam ramis circùmvoluta, praesertim quando ab arboribus descendit, corpus firmat, eaque tanquam manu utitur. *Pellis*, qua corpusculum obductum, innumeris granulis iisque perpolitis distincta, tenuissima et pellucida ferme transparensque, quo ipso multum ad radiorum variam modificationem indeque dependentem colorum varietatem confert; nec enim praejudicio occoecati, absolute illud Ovidianum credimus:

Protinus assimilat, tetigit quoscunque colores:


sed restringuntur maxime colorum illae Chamaeleontis varietates. Latissimus hic dicendi campus; sed brevitatis memores, quid αὐτόπτης de illis *Brunius*, quem *Bosmannus* quoque exscribere dignatus est, annotarit, ipsissimis verbis e Gallica translatis adjungimus: *Color, quem utplurimum recipiunt Chamaeleontes, laete viridis est maculis intermixtus flavescentibus, adeo concinno quidem Schemate, ut penicillo haud exprimi queat; maculae interdum etiam brunni coloris apparent, et totum corpus ad caudam usque colore hoc inficiunt. Saepius etiam nigricantis coloris sunt instar talparum. Color ordinarius illorum gryseus sive potius pilorum gliris; pellis tenuissima et ferme transparens; saepius colorem mutant, idque spatio dimidio horae terna saepius vice factum memini. Assertum autem quod attinet, has bestiolas omnes rerum, quibus imponuntur, colores assumere, experientia toties edoctus scribo, Naturalis Historiae scriptores hoc articulo deceptos esse, nec enim vel rubrum, vel coeruleum, aliumque assumere. Albi* tamen *coloris* lepidum illi contigit experimentum. Inter quatuor, quos aluerat Smyrnae, Chamaeleontes elegantissimum vespera ingruente perdiderat, quem cum frustra in omnibus camerae angulis cum servo quaesivisset, tandem in vestis cubicularis serico albo confecti summitate, ejusdem cum veste albedinis reperit. Hoc illustri quoque *Whelero* contigit, quod cum ad ulteriorem confirmationem eorum, quae *Corn. Brunius* in hoc animalculo observavit, faciat, bona cum Lectoris venia referendum censeo. Postquam hujus generis plurimas bestiolas, in muro Smyrnensis arcis repentes, ejusdem cum muro musco viridi obducto, coloris vidisset, tandem Chamaeleontem in ramo quoque Prunellae spinosae sedentem conspicit, laete viridescentis coloris, sed statim oculis ejus se subducentem solumque petentem. Cum defixis oculis fugientem undique frustra quaesivisset, tandem foramini rupis adrepentem detegit, ejusdem cum terra pluvia madefacta coloris brunni deprehendit. Hunc sudario linteo aliquantulum impositum, ejusdem coloris albicantis reperit,

maculis fuſcis rubentibusque intermixtis. Haec *Whelerus Bruniusque* circa Colorum varietatem, quibus *Bosmannus* quoque aſſentit, in hoc tamen a Brunio diſſentiens, quod Chamaeleontes tot annos vivos aluerit, quot *Brunius* illos menſes, in arboribus illos repentes relinquendo. Quomodo autem colorum illa modificatio fiat, et an pro diverſis affectibus varios colores induat Chamaeleon, inquirit *du Hamel Reg. ſcientiar. Acad. Hiſt. l. c.* Tantum de Chamaeleonte e Myrmecologia Parentis. Obliti pene fuiſſemus *Excell. Pechlini*, qui deſcriptione Chamaeleontis in ejus *Obſerv. Medico-Phyſic.* Libr. II. obſ. 70. reliquos ſupereminet omnes.


LACERTUS VIRIDIS, veteribus Graecis σαῦρα χλώρα et recentioribus χλωροσαῦρα, Italiae aliarumque regionum calidiorum incola, ubi nonnulli obſervarunt, eorum multos ſimul egredientes morbos praeſagiiſſe Epidemicos. In arboribus aeſtivo tempore nidulantur, et ranunculorum viridium more ſonitum edunt. Communibus Lacertis, quales noſtri, majores ſunt, ſaepiusque bicaudatae inveniuntur. Color viridis intermixtus maculis coeruleis, hincque lacerta eleganter variegata. Capite eſt triquetro, rictu dentibus utrinque minimis licet, acutis tamen praedito, hinc cum ſerpentibus aeſtivo tempore praeliatur, eosque adoritur, unde Sylvaticus huic Lacertae nomen *Ophiomachae* tribuit. Duo narium foramina habet in extrema et acuminata maxillae ſuperioris parte ſita, oculos pro corporis magnitudine mediocres, aurium meatus ad collum. Crura poſteriora prioribus craſſiora majora et longiora, digitis quinque praediti ſunt pedes, unguis incurvis et acutis armati, quorum is, qui indicis ſitum habet longiſſimus; dorſum pulcherrime variegatum, venter vero flaveſcentibus tegitur ſquamulis. Plura vid. apud *Worm. in Muſeo.* De Vſu medico maximum *Aldrovandum*, ejus Epitomatorem *Jonſton. de Quadruped.* p. 191. aliosque. De *Cauda* Lacertis *abſciſſa et renaſcente* curioſiſſima refert Dn. *Perrault Eſſais de Phyſique ou recueil de pluſieurs traitez touchant les choſes naturelles. T. IV. p. 5.*

SALAMANDRA haec *AQUATICA MINOR* in *Salamandrologiae* Tab. I. Lit. L. ab Excell. *Wurfbeinio* ex hoc *Besleriano* Schemate relata, lacertulorum potius quam Salamandrarum generi accenſenda: quantum enim ab his differat, ex definitione Salamandrae Wurfbeiniana, quam ex ejus modo laudata Salamandrologia deſumimus, omnibus patet. Definitur autem, quod Salamandra ſit reptile quadrupes figura externaque corporis facie praeter capitis et ventris craſſitiem, lacertae viridi quam ſimilimum, caudam breviorem, et in pelle pingui atque renitente colorem nigrum, maculis luteis plerumque reſperſum habens, locorum frigidorum et humidorum amantiſſimum, tardigradum, pluviam apparitione ſua praenuncians, et falſo quondam creditum in igne non cremari. Omnia haec Salamandrarum acci-


ANIMALIA.
Crocodilus terrest. Ægypt.
Ein Aegiptischer Crocodil so
sich zu land helt


Crocodilus a
Ein Crocodil so sic
in wasser helt.


Yvana. lacerti genu
Ein Indianische Edeyen
yuana genant.


ANIMALIA.
Crocodilus terrest. Ægypt.
Ein Aegyptischer Crocodil, so
sich zu land helt
Crocodilus amphibius.
Ein Crocodil so sich zu land und
in wasser helt.
Yuana. lacerti genus.
Ein Indianische Edeyen art,
yuana genant.

accidentia, differentiasque adeo rimatus est vir quondam diligentissimus, ut actum agere videar, si plura adderem.

TAB. XIII.

HAc in Tabula medium tenet locum *CROCODILUS AMPHIBIUS NILOTICUS*, Lacertorum omnium maximus, e Musei Regii Anglici testimonio optime depictus; *(curiously figur'd by Besler)* a quo Aethiopum *Cayman* et *Brasiliensium Jacaré* non nisi mole corporis differre videtur, cum nilotici XXV. cubitos excedant, et si fides *Joh. de Lopez Hist. Indic. L. VI. c. 1.* habenda, ut et Joh. *Lerio*, ultra centum pedes in longitudine circa Panamam excrescant, Brasilienses vero decem vel quindecim ad summum pedes haud attingant. Cum omnis frigoris impatiens sit hoc animal, atque in fervidis tantum regionibus vivat, non mirum Galliis illatum non diu supervixisse, et duos integros menses nil manducasse. *Illustr. Rajus* in *Synops. Animal. quadruped.* descriptionem crocodili e *Wormiano* promit; quae ab aliis quoque recentioribus annotata supplebimus. *Caput* latum est et pene totum sola pelle vestitum, rostrum ferme suillum; in extremo rostri apice secundum *Dn. de la Hire*, qui Crocodilum Versaliis mortuum et dissectum delineavit, foramen est rotundum molli carne oppletum; ibi duo sunt parva foramina, ubi *nares*: Sic duo alia supra oculorum orbitas posita foramina, duplici quasi velo obducta, *aures* sunt, quae subducta pellis appendice sunt conspicuae. Altera pellis appendix instar palpebrae est mobilis fibris carneis instructa: ductus brevis in tympani membranam desinit. Reliquae organi hujus partes eodem fere modo sunt dispositae, quo in avibus, nisi quod ea cavitas, quae vestibuli loco est, multo sit latior, et canales semicirculares sint excavati. *Oculi* secundum nonnullos suilli, Marggravius tamen Brasiliensibus non suillos, sed magnos, rotundos claros caesios pupilla nigra attribuit. *Rictus maximus* usque ad locum aurium patens; *dentes*, quibus rictus horridus in utraque maxilla sunt acuti albi, robusti, multi, numero incerto, qui fortasse pro aetate etiam variant; in nonnullis sexaginta numerati, imo in Aldrovandini Musei Crocodilo septuaginta deprehensi, teste *Cl. Legato in Mus. Cospiano anesso al famos. Aldrov.* Libr. I. cap. VIII. p. 30. *Conjunguntur* hi *dentes* instar pectinis, et pro infallibili per contactum dolentium habentur dentium remedio. Vid. Illustr. *Redi* in *Experim. circa Res natur. ex Ind. allat. Lingua* pene nulla, quod tamen Cl. Thom. Brown, erroribus popularibus in Pseudodox. Epidem. annumerat; Linguae loco *Piso* membranam observavit, quae mandibulae interiori interjacet, et Linguae figuram refert in longum exporrectam, sed angustiorem, quam sustollere non potest; Cui consentit *Cl. Dn. du Verney* in dissect. Crocodili Versaliis facta, qui insimul addit, hanc membranam Linguae aemulam variis pertusam fora-

N mimu-


minulis praecipuum esse gustus organon. Vid. Excell. *du Hamel Reg. Scient. Acad. Histor. Lib. II. cap.* 2. *p.m.* 208. Recentiores plures Aristotelem secuti Crocodilum solum ex animalibus *maxillam superiorem* movere, inferiori scilicet immobili, tradiderunt. *Illustr. tamen Grew in Museo Regio* ex Sceleto a Generoso *Dn. Roberto Southwell* suppeditato, et aeri inciso, demonstrat ex ossium structura, hoc est articulatione non solum occipitis cum colli vertebris, sed etiam maxillae inferioris cum superiore, quae in hoc animali conformis est cum reliquis, manifestum esse, Crocodilum eodem prorsus modo, quo alia animalia, maxillam inferiorem movere. Haec illustris Anglus; jungam huic Gallum Illust. *du Verneyum* l. c. *Maxilla*, scribit, *inferior* cum temporum ossibus duplici articulatione sic nectitur, ut sursum et deorsum tantummodo moveatur, non dextrorsum et sinistrorsum, ut in aliis animantibus; cum enim dentes illius acuti sic disponantur, ut sibi non occurrant, sed in spatia gingivarum dentibus vacua incurrant, maxilla ad latera inflecti non debuit, sed sursum deorsumve, ut dentium apices sibi aptata foramina subirent. Totum reliquum corpus hactenus descripto capite excepto, uti optime in figura nostra expressum, squamis pene obductum rotundis in collo et cruribus, in tergo et in summitate caudae velut fasciae quaedam squamosae apparent, sulcis et caelaturis distinctae, adeo ut squamae non imbricatim, ut in majoribus piscibus, sed quasi tessellae juxta se positae viderentur, ac fasciae illae ob dorsi vertebras hinc inde ad lumbos usque, ita sint porrectae, ut inter eas distincta sint intervalla squamis destituta. Atque in iis solis intervallis locus est vulneri. Nam squamae ipsae sunt adeo firmae et durae, ut pene sint impenetrabiles, mediam inter os et cartilaginem nactae naturam, non fragiles ut ossa, sed flexibiles; hinc de juncturis fasciarum intelligendum, quae *Bontius* de vulneribus Crocodilo circa moenia civitatis Bataviae in palude capto, bipennibus in dorso ac alibi inflictis, memorat. Nam et dorsi et caudae squamae crista quadam muniuntur, ut galeae et cassides et in eundem pene usum. Tenuiores sunt sub Ventre, cauda, cruribus, collo et maxilla inferiori, nec crista munitae, sed uti quadrati lapides dispositae, continuatas fascias ut in dorso non exhibent, neque eam resistendi vim habent, ut illis in locis facile gladio sauciari possint. Caudae longitudo reliquum corpus aequat: annotavit porro *Piso* caudae medietatem, firma pinna superius erecte stante, ad finem usque dotatam esse, qua inter natandum, more piscium se gubernet. Crura cum pedibus acutissimis unguibus armatis in latera flectuntur. Interiores partes quod attinet, illae elegantissimae descriptae sunt in *Anatome Crocodili Versaliis dissecti apud du Hamel. in Reg. Scient. Acad. Carne* Crocodili sunt candidissima, quam Cl. *Bontius* comedit, et agreste ipsi et paludosum sapiebat, imo choleram exinde lethalem ferme contraxisse queritur. *Hist. nat. et med. Libr. V.* c. 30. p. 83. *Adeps* animalis vulnera ab ipso illata optime sanat, *Pisone* teste; qui *testes* quoque myrothecium redolentes care divendi tradit.

dit. Hinc Crocodili Americani aquam dulcem inhabitantes adeo *moſchi odore fragrant*, ut aër ad centum paſſus inde afficiatur, hocque ſingulari divina providentia factum credit *Rochefort dans l'Hiſtoire naturelle des Antilles*, ut homines animantiaque fragranti odore quaſi moneantur, ne incaute huncin praedatorem incurrant. *Pariſienſes* quoque jam ſaepius laudati in diſſectione Crocodili annotarunt, circa medium inferioris maxillae utrinque fuiſſe *glandulam, liquorem ſuaviſſimi odoris fundentem et ſpargentem. Colore* croceo quibusdam eſſe ſtatuitur Crocodilus, ſed utplurimum ad gryſeum et cinereum declinat, quod in noſtro quoque accidit. Forſan vivus ad croceum vergit. Animal pigrum nec facile in latus vertitur, recto ſemper procedens tramite, ut illi, quos beſtia proſequitur, ſi hinc inde currant, eam ſaepius queant evitare. *Ova* parit *Niloticus Anſerinis* ſimilia, ſed *Braſilienſis Gallinarum* ovis magnitudine, non figurae oblongae, ſed cylindroideae ſecundum *Olearium*; haec ova arena obruit, ubi ſolis fota calore absque ullo incubatu ſponte foetus excluditur. Curioſum eſt, modo verum, quod *Acoſta de Arom. Libr. V.* p. 59. memorat; *nunquam compertum eſſe, iis qui Cymbis e Mambu confectis, (in quibus naſcitur Tamaxir) crocodilos oppetiiſſe, ſed ſaepenumero conſpecta eſſe haec animantia natantia proxime illas Cymbas, attamen praeteriiſſe ſine noxa.* Omnia quae de Crocodilo dici poſſunt, congeſſit ex omni antiquitate philologicisque rivis ſtupendi Laboris *Aldrovandus*; hanc Beſtiam peculiari Diſſert. deſcripſit *Kirchmaier. Leviathanem Jobi* aliaque ſcriptura loca, ubi de *Draconibus* ſermo, per *Crocodilum* interpretatur Excell. *Ludolfus in Comment. ad Hiſtor. Aethiop. L. I. cap. XI. n. 86.* cui jungi poteſt incomparab. *Bochartus in Hierozoic.* De *Crocodili lacrymis* peculiarem *Diſſert.* edidit *Lipſ. 1662. Chr. Krahe.*

Praecedit Crocodilo noſtra in Tabula *CROCODILVS TERRESTRIS AEGYPTIVS*, magnitudinis pene ejusdem delineatus, licet maxime mole ipſa corporis differat. Eſt autem Animal ſub nomine *Cordyli, Vromaſtigis* et *Caudiverberae* melius apud Zoographos notum, nomenque ultimum obtinuit, quod cauda in modum clavae tuberculis eminentioribus aſpera, corpora quibus appropinquat, atrociſſime verberare credatur. Hinc Graeci ad imitationem Latini vocabuli *Vromaſtigen* nominare conſueverunt. Figura, quam in Muſeo Calceolarius exhibuit, non minus ac noſtra, impenſe laudatur *Excell. Grew in Muſ. Reg. Soc. Anglor. p. 46. (in Calceolari's Muſeum there is a curious Picture hierof unde the Name of Crocodilus Terreſtris, as alſo in Besler.)* Apud ſolertiſſimum naturae myſtam *Gesnerum* e communicatione *Th. Eraſti* optime deſcribitur. *Capitis et oris figura* Teſtudini reſpondet, brevi collo et parte interiori tumido; *duo circa rictum foramina* obſervantur, quae an *branchiae*, ſecundum Bellonium et Rondeletium, non facile determinari poteſt, quarum mentio apud *Boſſvetum de Aquat. natur. p. 131. Pedes* ipſi quatuor, quinis digitis lacertarum more diſtin-


cti. *Corpus* pelle duriuscula instar corii vestitum, e squamis durissimis et quodammodo osseis et quasi quadrangulis, quae parum cavae sunt, ut caudam rotundam efficiant, alioquin squamae in cauda tanquam tegulae, quae domorum culmina cooperiunt, simul junguntur : extremitas cujuslibet squamae in spinam acutissimam desinit, sunt autem squamae pellucidae, flavescentes sive pallentes cornu adinstar. Animalis hujus *venter* magis quam in Crocodilo tumet. *Tergus* latum et quodammodo planum. Vocatur autem vulgo *Crocodilus terrestris* (quae denominatio Scinco potius convenit) quod aquae adeo sit impatiens, ut si quis Aquam ori infundat, statim exinde moriatur; contrarium autem Bossvetus dedit. *Vid. Cl. L. Legatus in Museo Cospian.* p. 34. *Mus. Reg. Soc. Angl. P. I.* p. 46. sub nomine *Swaptad-Lizard. Mus. Moscard. Lib. III. cap. 62. p. 223.* aliique Zoographi.

Duobis Lacertis tertium adjungit Indicum nempe, *SENEMBI*, Caraibis *OVAYAMACA* et *YGVANAM* secundum *PISONEM* corrupte pro *LEGVANE* dictam, licet Figura Legvanae a *Bontio* suppeditata differat. Ejus *corpus* utplurimum duos vel tres pedes longum; sicut et cauda, ambitus vel crassities decem digitorum ad summum. Cum *Museum Societ. Reg. Angl.* figuram hanc nostram optime aeri incisam, et *Marggravii Wormiique* descriptionem prae reliquis celebret, *(curiously figur'd by Besler. Wel describ'd by Marggravius and after him, Wormius)* ad hos quoque Auctores B. L. ablegamus. *Johannes de Laet* amphibium esse tradit Animal, cui *Mr. Rochefort Histoir. natur. des Isles Antill.* contradicit. *Marggravius cutem eleganter viridem, sed maculis nigricantibus et albis in modum panni undulati hinc inde variegatam;* Rupifortius *differentis coloris esse pro regionum varietate asserit;* unde a Lusitanis, improprie licet, Chamaeleontis nomine veniunt, refert porro utplurimum foemellas ad viridem, mares ad gryseum accedere, qualis in nostro *Besleriano* conspicitur, quamvis tergum versus pallide viridescat. *Cutis* constat e squamulis in dorso, cruribus et caudae initio, paulo majoribus, quam in reliquis partibus. A cervice ad extremam caudam, seriem habet planarum sed mucronatarum instar serrae, spinarum, secundum dorsi longitudinem etiam viridescentis coloris, suntque spinae istae ad cervicem majores, semperque minores fiunt, minimae in caudae extremitate. *Caput* longitudinem habet utplurimum duorum digitorum fere et paulo minorem, singularibus squamis maioribus quam in aliis partibus tectum, colli longitudo sesquidigiti, crassities quinque. *Singula mandibula* exiguos et nigricantes brevesque dentes habet. *Os linguam* crassam. Pone *caput* in utroque latere emicat albicans macula instar branchiarum Piscis; naribus est patulis, oculis nigricantibus magnis; rictu est diducto et patulo. Sub *mento ingluviem* ad pectus usque propendentem maximam partem nigricantis coloris habet, quam contrahere potest, et quando irascitur vel terrore afficitur, propendere sinit. Cibum, teste *Pisone*, ad ingluviem



Serpens marinus.
Meer Schlangen.







Iaculus Serpens.
Ein Rhodiser Schlang:

T. XIV


ANIMALIA




Serpens marinus.
Meer Schlangen.



Natrix torquata.
Gschlungene wasser attern.



Serpens peregrinus.
Grosse art Ind: Schlang.



Iaculus Serpens.
Ein Rhodiser Schlang:



Vipera.
Theriack Schlangen.

viem illam pendulam dimittit. *Crura* non solum, sed et eorum digiti, perpetuis quoque squamis vestiti, et variis articulationibus praediti, quae omnia accuratissime *Marggravius* recenset. *Crura* posteriora anterioribus quidem majora, sed omnia paribus unguiculis curvis armata. *Inediam* diutissime tolerare potest, ut *Marggravius* ad duos et tres menses sine ullo cibo ac potu habuerit, nec dubitat diutius famem ferre adhuc posse. Aegerrime moriuntur pariter hi Lacerti vitae tenacissimae, ut tribus quatuorve plumbeis globis trajecti, et intestinorum praecipua parte absumta, tamen adhuc vivant, *Rupifortio* teste. Sic *Marggravius* refert, quod pelle detracta vixerit, et cor exemptum subsilierit. *Caro* boni est saporis, cocta et diu frixa butyro, et aeque bene sapit, ac caro pullorum aut cuniculorum, si *Marggravio* credimus; *Rupifortius* tamen suadet, aromatibus probe condiendam esse. *Laëtius e Francisco Ximene* refert, *in hujus animantis capite interdum lapillos reperiri, qui praesentissimo auxilio Renum lapides comminuunt et foras projiciunt, si Drachmae pondere e liquore idoneo hauriantur, aut corpori etiam admoveantur.* *Marggravius* vidit eximi *lapidem e ventriculo Senembi*, ovi gallinae mediocris magnitudine et figura, sed compressiore paulo, exterius glabrum albicantem, interius compositum e tunicis instar cepae, ita ut una ab altera separari potuerit lapide contuso. Coloris erat interius albicantis seu grysei, durae substantiae ut Bezoar. Quomodo arboribus utplurimum insidentes, capiantur hi Lacerti *Marggravius* fusiusque adhuc *Rupifortius in Antill. Hist. natur.* p. 144. recensent. Plura desiderantibus suppeditabunt *Worm. Mus. Clus. Exot.* Libr. V. c. 22. p. 116. *Piso Hist. Brasil.* p. 104. *Bont. Hist. nat. et Med.* p. 56. *Hist. Mexic. Nard. Ant. Recchii* p. 744. *Nierenberg. Histor. Nat.* pag. 271. *Mus. Societ. Reg. Angl. Mus. Calceol. et omnium optime Marggrav. Hist. quadr. et serpent. L. VI. p. 236.*

TAB. XIV.

LAcertis *SERPENTUM* Tabulam jungimus, ubi statim se offert *NATRIX TORQUATA*, quae *Myagros veterum* esse creditur, sive Virgilii *Coluber tectis assvetus*, et ὄφις ὄικουρὸς *domus custos serpens* Aristophanis, *Orophia* Nicandri, *Hydros* Theophrasti, *Nerophis* hodiernorum Graecorum, cujus mas *Scorzone*, et femina *Scorzonere* Hispanis dicitur. Obtinuit autem Natricis torquatae nomen, quod collum circulo quodam velut torque cingatur. Praeter *Aldrovandum, Gesnerum, Jonstonum* aliosque Zoographos, *illustris Rajus* in *Synops. method. serpentis* hujus pleniorem reliquis descriptionem dedit.

SERPENS PEREGRINUS Clusianae delineationi Libr. Exot. V. c. 18. obviae, optime convenit, nisi, quod haec, rescisso capite, Auctoris nostri tota aeri sit incisa, meliusque colorum elegantissima congeries expressa. *Caput squamulas habet albas, cubicas, ad oras nigras.*

Tota autem pellis squamis tecta, serie quadam dispositis, prona quidem parte minoribus, supina vero majoribus, quemadmodum in reliquis serpentibus observare licet, et illis sane variorum colorum, et elegantissima serie distinctorum; nam dorsum a capite ad extremam paene caudam continuo ordine secundum longitudinem nigricantibus veluti clypeiformibus maculis est ornatum, latera autem alterius formae nigricantibus maculis depicta, venusta sane specie, subfuscus autem quem contraxit ex fumo, ut arbitror, color, valde elegantiam deformat, ipsa vero pellis satis spissa.

JACULUS SERPENS ita dicitur, quod Jaculi instar se vibret, hinc quoque Graecum nomen *Acontias* ἀπὸ τοῦ ἄκοντος a telo missili fluit, et *Bellonio* teste in Lemno Insula *Sagittari*, ab Italis *Saettone* vocantur hi serpentes. Bellonius, qui in Rhodo Insula probe observavit, tres palmos longum, unius digiti crassitiem vix aequantem, pronuntiat. Color ei cinereus sub ventre albus, squamis juxta dorsum et laminis juxta ventrem reliquorum serpentum more munitus. A cervice nigra, duae albae lineae per longitudinem dorsi ad caudam usque percurrunt, deinde maculis nigris oculi figuram aemulantibus, distinguuntur, quae notae lenticula majores non sunt, quapropter non abs re aliqui hunc serpentem *lenticularem* nominarunt. Vid. plura apud Illustr. *Aldrovandum* Hist. *Serpent.* et *Drac. Excell. Raj. in Synops. method. Serpentin. Gener.* p. 290. aliosque.

De VIPERA nil habeo quod addam, cum ubique prostent, et *Cl. Severinus in elegantissimo de Vipera Pythia* Tractatu omnium hac de re loculos excusserit. *Anatomen* si quis tamen accuratiorem desideret, inveniet illam in *diligentissimi Tysonis* anatomica *Viperae caudisonae* descriptione apud *Rajum in Method. synops. serpent. generis*; quae in plerisque cum Viperis Theriacae compositionem ingredientibus convenit. Quae *Cl. Redi* et *Charasium* inter de Viperae veneno ortae lites, omnibus jam notae sunt.

SERPENS MARINUS est a *Rondeletio, Bellonio, Salviano, Aldrovando* aliisque Ichtyographis jam descriptus, nullus tamen accuratiorem suppeditavit Delineationem *Excell. Rajo in aureo opere Willugbejano de Piscibus Libr. IV. cap. 3. p. 107.* qui *Romae* ab Illustriss. *Auctore* visam et examini subjectam communicavit. *Capiti congro persimilis; longitudo V. circiter pedum, corpore exacte tereti, gracili, aequalis fere ubique crassitiei, nisi quod prope caudam sensim gracilescat. Color in dorso seu medietate superiore sordide flavicans, qualis in aversa parte membranarum vetustiorum cernitur. In ventre seu medietate inferiore caeruleus lucidior. Rostrum longum, tenue, acutum; rictus immanis; in maxilla inferiore prope ejus angulum seu apicem dentes IV. aut V. majores acuti, introrsum recurvi ordine positi, reliqui qui in ea sunt minimi et vix conspicui, sibi mutuo vicini: superior maxilla in ipso apice dentes habet majores quatuor; reliqui qui hinc inde sunt minimi,*





Fig.III.






TAB.XV. p.35.
Fig. I.
Fig. II
Fig. III.
Fig. V.
Fig. IV.

mi, iisque qui in maxilla inferiore ſimiles; ampliſſimi omnes ſunt, qui in medio palato conſtituti, rectam lineam efficiunt. Oculi in ſuperiori maxilla ſiti parvi, iridibus aureis, punctulis fuſcis crebris reſperſi, toti autem cute denſiore, diaphana tamen conteguntur. Pinnarum unum duntaxat habet par, nimirum ad branchias. Sunt autem pinnae exiguae ſuperius ſitae, ejusdem cum dorſo coloris, radiis cartilagineis circiter 16. inſtructae, quorum medii longiſſimi, reliqui hinc inde ſenſim breviores. Foramina branchiarum ut in angvillis a capite ſunt remotiora. Pinna dorſi paulo infra branchiarum pinnas inchoata, ad extremam caudam, uno minus digito extenditur, eſtque ima ſui parte dorſo concolor, ſumme nigra, initio et fine humilior, in medio altior. Cauda non plana ut in Angvilla, ſed teres, paulatim tenuior, donec in acutum apicem deſinat, nullis pinnis fimbriata ſecus quam in congro et anguilla. Brevitati ſtudens ſilentio involvo, quae circa internarum partium conſtitutionem vir erudititiſſimus annotavit.

TAB. XV.

SErpentem marinum hac Tabula excipiunt alia marina monſtra. Et quidem Piſcem exhibet Tab. Fig. I. Cetaceis accenſendum, cum ſi vera ſunt, quae veteres ſcribunt, ad Cetorum magnitudinem quandoque excreſcat. A Bellonio, Rondeletio, Salviano, *ZYGAENA* vocatur. Monſtroſa capitis figura, qua a reliquis omnibus piſcibus differt, varia ipſi peperit nomina; quia τὸ ζυγὸν imitatur, quo transverſum librile, ex quo lances dependent, ſignificatur, *Zygaenae* nomen, teſte Exc. *Charltono de different. Animal.* obtinuit; hinc Anglis *the Balance Fiſch* dictus. Maſſilienſes *Peis Jouziou* ſive Piſcem *Judaeum* a ſimilitudine tegumenti capitis, quo olim Judaei in Provincia utebantur, dicunt, teſte *Rondeletio*; ſic a transverſo Capitis ſitu in Italia *Peſce baleſtra*, et *Peſce martello* appellatur, quod *arcum malleumque* itidem imitetur; unde eſt quod *Gillius* hunc Piſcem veterum *Sphyraenam* eſſe crediderit, quoniam σφύρα malleus eſt. Alio nomine Romae *Ciambetta* dicitur. Hiſpanis *Peis limo*, *Limada*, *Toilandolo*. *Aldrovandus* et poſt illum *in opere Willougbejano Excell. Rajus*, *Galeis* potius quam *Cetis* accenſendum putant. Noſter, quem Tabula haec exhibet, qui neſcio quo fato e *Besleriano* Muſeo in manus Amici naturalium rerum ſagaciſſimi venit, tres ulnas non excedit longitudine, vix dimidiam latitudine. Apte in illam deſcriptio *Aldrovandina* quadrat. Monſtroſa *Capitis figura* non rotunda eſt, non roſtrata, non faſtigiata neque in latera compreſſa, qualis in Piſcibus reliquis eſſe ſolet, ſed in latera extenſa atque transverſa. Cujus quidem *frons anteriorve pars*, quae utraque clauditur oculo, uti anterius in ſemicirculum fere extuberat, ſic ita in aciem acuitur, ut dum celeriter Piſcis natat, piſces ſecare poſſe credatur, quod etiam natantibus hominibus, ſi qui obvii occurrant, fieri aſſolet,

unde qui piſcandi, aut quavis alia cauſa longius a litore per pelagus natant, haud abs re eam exhorreſcunt; ideoque, ut *Aelianus* memoriae prodidit, occurſus ejus jam olim navigantibus infauſtus habebatur. *Bouſſuetus de Natur. Aquatil.*

Zygaena aſpectu torvo horribilique figura eſt,
Auſpiciis nautis conſpicienda malis.

In medio extremae utriusque lateralis partis capitis, ſunt *oculi* magni rotundi, deorſum potius, quam in latus aut ſurſum ſpectantes. In utroque praeterea ultima frontis parte oculis proxima oblongum inſculptum eſt *foramen auditui olfactuive*, aut utrique ut arbitror ſubſerviens. *Os* ſubtus inferiore parte permagnum habet, dentibus validiſſimis, planis ſecundum *Rondeletium* latis, inque latus ſerrae modo vergentibus, triplicique, vel *Bellonio* ſic ſentiente, quadruplici ordine digeſtis, armatum, id quod e *Fig. II.* quam ideo aeri incidi curavimus, patet; hiſce dentibus quicquid illi obvium, dilaniat, a qua ſaevitia *Maſſilienſibus Cagnola* dicitur, et ab Oppiano *Leoni* opponitur et praefertur: ſic enim Alievtic. Lib. I. v. 367. Edit. Rittershuſ. p. 169.

Τῶν ἤτοι κρυόεις τε λέων βλοσυρή τε ζύγαινα.

Ex quibus (ſunt) horridusque leo, torvaque Zygaena.

et Libr. V. v. 37. n. 331.


— — τίς τε λέοντος ἐνὶ φρέσιν αἴθεται ἀλκὴ,
ὅσση ῥιγεδανῇσιν ἀνισώσαιτο ζυγαίναις;


-- -- *Quae autem Leonis in praecordiis ardet vis (tanta)*
ut horridis comparari queat Zygaenis?


Reliquam corporis ſtructuram vid. apud Ichtyographos citatos; imprimis apud *Illuſtr. Rajum* in *Synopſi Method. Piſcium* p. 20. Eſui ob inſuavem ſaporem interdictus; vid. Bouſſuetus l. c.

Fig. 2. Monſtrum monſtrat aſpectu horridum, a Calceolario olim in Muſeo itidem exhibitum, quod cum optime *Besleriano* hic depicto conveniat, illius quoque deſcriptionem addere licebit: *Monſtruoſum hoc Animal, quod ſpectandum exhibetur, formam illius virulentiſſimi Baſiliſci imitari dices: Caput namque (non ſecus ac hoc delineatur) veluti diademate, ac corona Regia exornatum habet; non abſimilem coronae illi, qua antiquitus Latronum Reges coronari conſveverunt, quod latrocinandi arte Praefulgerent. Corpus eſt pauſillo, colore fuſco, a cujus utraque parte inferiore pinna perinde ac alae in altum eminent, ut fatereris alatum eſſe Draconem et ad volandum agilem, ni mare ipſum hoc aleret: ſcias namque, ne quid mendacii hoc noſtro in Nomenclatore reperiatur, Baſiliſcum non eſſe, non eſſe Draconem, ſed eſſe Piſcem maris alumnum, RAJAM nimirum, laevem, in hanc*


MARINA.
Orbis muricatus.
Ein Stachlichte Meertauben.


Torpedo.


Testudo Marina.
Meer Schildkrot.


Sepia.
Plackfisch.


Orbis non Spinosus.
Glatte Meertauben.



hanc formam artificis manu fabrefactam. Haec Calceolarius, vel qui sub ejus nomine latet *Benedictus Cerutus.* Confer. *Museum Kircherianum a P. Buonann. edit. Class. VIII. p. 270. Mus. Moscard. Libr. III. cap. 73. p. 232.*

Rajae in Draconem artis ope effigiatae junguntur Fig. 3. et 4. *OVARIA RAJAE PISCIS*, quae vulgo *MARINI* dicuntur *MURES*, existuntque specificum haemorrhoidum dolentium remedium. Figuram primus exhibuit *Rondeletius* Libr. XII. cap. IV. et post eum saepius laudatus *Boussvetus*, qui Carmine de natura Aquatilium Rondeletii opus de piscibus marinis, ovariumque Rajae ovis propendentibus gravidum icone expressit. A prima statim *Musei Besleriani* institutione delituit hac ovarium, nec inter rariora aereis expressa tabulis alia causa omissum, nisi quod Auctorem lateret, cui Classi foret accensendum, cumque omnibus rarioribus Schedulae affixae essent, destituebatur hac ovarium, certissimo ignorantiae indicio. Praetulit tamen figura Rondeletiana et Boussuetiana lucem, ideoque hic expressa, cum in officina, imprimis Dietericiana, prostet haemorrhoidalis doloris certissimus averuncus; paucis vero cognitus ante diligentissimum naturae mystam *Spenerum*, qui scripta ad *Excell. Valentinum de marinis his muribus Epistola*, rationem nominis, structuram et virtutes murium marinorum e variis Auctoribus, imprimis descriptione *Brakenhoferiani Musei Manuscript. illustravit*, ad quem lectorem, qui plura his de ovariis nosse cupit, ablegandum censeo. Exhibet autem Figura 3. *Murem* sic dictum *marinum* tam ratione magnitudinis quam figurae cum suis IV. extremitatibus longioribus, ejus apertura, quae pilosa apparet, extremitatibus brevioribus foramini ab opposito conspicuis foliaceis, quae interdum caudam repraesentare videntur. Fig. 4. autem *internam oculis subjicit murium figuram*, eorum corpora e striis conflata: item locum aperturae, ac exactissimam extremitatum duplicaturam.

TAB. XVI.

ELegantissima certe *TORPEDINIS* Figura, quam Auctor aere exhibuit, ut vix *Salviani*, elegantia cedat. Recensetur haec piscis inter Pelagios cartilagineos planos et a Graecis, ob stupefacientem, quae illi attribuitur, vim νάρκη θαλάσσια, Germanis der Zitterling/ item der Schläfer oder Krampf-Fisch/ Anglis quoque *the Cramp Fisch* dicitur. Antiquorum scriptorum de hoc pisce scrinia expilavit Zoographorum doctissimus immortalis Gloriae *Aldrovandus*, et qui in nimis angustum compendium redegit *Jonstonus*. *Salvianus* structuram internam et externam rimatus est, intimius adhuc Titiopolitanus Episcopus *Steno*, et nunquam satis laudandus *Fr. Redi*; et ingeniosissimus auctor *Borellus*, rationes pro explicanda vi hujus Piscis stupefactiva sug-

 ges-

gessit, quas latius adhuc exposuit in peculiari libello inscripto: *Osservationi intorno alle Torpedini di Stefano Lorenzini Flor. 1678.* edito, quod opusculum excerpsit, et latiali toga indutum Ephem. Nat. Curios. Dec. I Ann. X. inseruit Pl. Rev. P. *Adam. Adamandus Kochansky S. J. Presb.* His indigitatis fontibus, quin animus sciendi cupidus exsatiari possit, nullus plane dubito. Nobis sufficiat breviter annotasse, Figuram Piscis dempta cauda circularem fere esse, segmento ad summum caput ablato. Variae sunt ejus species, colore, maculis, appendicibus prope caudam, oculis, foraminibus post oculos &c. a se invicem distinctae, hinc magnitudine quoque utplurimum differunt. Sunt enim quae uncias sex pondere non excedunt, sunt aliae, quae libras XVIII. pendunt: *Illustr. Redi* quandam XXIV. librarum appendit, cum Salvianus tamen scribat, se nunquam observasse, quae senas libras excederent. Oculi non admodum magni cute fere cooperti, differentis figurae in diversis speciebus. Retro oculos foramina duo lunulata in gyrum crenata, in palatum pervia, per quae nonnihil aquae exsorptae rejectant; creditque *Excellent. Rajus in Willugbejano opere de Piscibus*, auditui haec foramina inservire. In partibus lateralibus dorsi apparent vestigia sive lineamenta duorum corporum foliatorum, quae foris mollis sunt substantiae, e plurimis vesiculis irregularibus Aqua repletis composita; ablata pelle observantur esse duo musculi pulcherrimi, ex fibris multis mollibus, albis, calamo anserino crassioribus, figurae cylindricae a cute dorsum integente perpendiculariter ad illam, qua pectus vestitur, tendente compositi, quarum anteriores breviores sunt posterioribus. Fibrarum harum extremitates, variarum irregularium figurarum vestigia sui relinquunt in pelle dorsi aeque ac pectoris, et colore, figura ac situ, veris ac realibus vesiculis simillima apparent. Separantur ab invicem fibrae per alias transversales nervosque manifeste recipiunt, per transversum eis se applicantes, ita ut jure fibrae motrices vocari possint. Accuratius et latius horum corporum falcatorum injecta mentio, cum secundum *Excellentiss. Redi* et *Lorenzini* vis stupefactiva et dolorifica Torpedinis in nulla alia parte nisi in illis *corporibus* sive *falcatis musculis* duobus resideat. Caeterum Acephalos videtur hic piscis, adeo latum est ei caput, nec a corpore divisum. Os Rajae ori simile, latitudine digitali, rictusque secundum proportionem corporis amplissimus; in *utraque maxilla Dentium* minimorum durorum, uncinatorum, versus fauces incurvorum multi ordines. Infra hunc quinque foraminum falcatorum paria ducunt ad branchias: quibus ex utroque latere, junguntur modo dictorum corporum falcatorum lineamenta. Supina jacente, *nares* apparent, quarum superficies interna simplicissima, per laminas aut corpus quoddam aliud neutiquam multiplicata, unde torpedine sine dubio olfactus obtusissimus. *Pinna* corpori utrinque una, in forma Limbi, jungitur. *Cauda* pluribus instructa est: ad initium ejus utrinque una carnosa; in dorso hujus duae spinosae; extremae alia quodammo-

damodo bifurcata, itidem ſpinoſa additur. *Anus* prope caudam ſat grandi fiſſura patet: in cujus labris verſus caudam duo foramina falcata conſpiciuntur. *Cutis* ſeu pellis *Torpedinis* infinitis foraminibus, majoribus et minoribus pertuſa eſt, quibus totidem canaliculi diverſae item magnitudinis, humore viſcoſo, pellemque lubricante, referti annectuntur. Separata pelle canaliculi majores in dorſo circa partes convexas utriusque corporis falcati, in duos faſciculos collecti obſervantur altera ſui extremitate omnes conjunctim terminari inter oculos et anteriorem extremitatem capitis, ubi quivis canaliculorum ſenſim affixus eſt exiguo globulo cryſtallino, ſimili ſemini Coriandri, natanti in humore quodam albo glutinoſo. Minores vero ſunt ramuli alterius cujusdam canalis gemini, corpora modo dicta falcata utrinque cingentis, productaque per totam pellis longitudinem ramificatione, in caudam terminantis. *Internam partium ſtructuram* omittimus, optime apud citatos Auctores reperiundam, cum Auctor externam Torpedinis figuram exhibuerit. *Torpedinem mortuam* non ſtupefacere, ſed impune tractari poſſe, teſtatur Ill. Rajus in Synopſ. Method. Piſcium p. 29. Piſcis eſt peſſimae famae: hinc Venetiis, ne in foro piſcario vendatur, Praefecti ſanitatis Auctoritate cautum eſt. Maſſiliae tamen, Genuae et alibi a tenuioris fortunae plebe eſui expetitur.

Torpedini *ORBIS SPINOSVS* in Tabula noſtra appoſitus Germ. ſtachlichte Meer-Taube/ dictus. Orbis nomen obtinuit, quia rotundus totusque pene capite conſtat. Refertur ab Ichthyographis, praeſertim *Excell. Rajo in Willugbejano de Piſcibus aeterno opere et Synopſ. method. Piſc. pag. 42.* inter Piſces corpore contractiore, et qui plerique inſolentis figurae ſunt, corpore globoſo, et ut *Marggravius* loquitur, corpora ſua utris more inflare poſſunt. Convenit autem ab *Auctore noſtro* delineatus orbis exactiſſime cum orbe maritimo muricato altero *Cluſii in Exoticorum Libr. VI. cap. XXIV.* deſcripto, ut ovum vix ovo ſimilius videatur; hinc ejus quoque deſcriptionem adjungimus noſtro orbi apprime quadrantem: *Per univerſum corpus muricatis munitus ſpinis, coloris in dorſo fuſci, et multis nigris maculis conſperſi, in ventre autem cineracei; ſupercilia ſunt elata, os aliquantulum prominulum et duobus albis oſſibus praeditum; binae in lateribus pinnae non adeo magnae; aliae item binae, quarum una in extremo dorſo paulo ſupra caudam, altera poſt podicem fuſci coloris, nigrisque maculis notata, quemadmodum et illa, quae extremam caudam finit.* Hunc orbem *Excell. Rajus* eundem eſſe credit cum *orbe Batrachoide Muſ. Societ. Reg.* et *Marggravii Gvamajacu atinga* ſive *orbe muricato Ranae rictu.*

Orbi muricato jungimus *ORBEM NON SPINOSVM*, a Salviano Aegyptiacum dictum, eo quod in Nili oſtiis capiatur. Figura, ſi caudam excipias, eſt ſphaerica, prorſus a ſquamis nudus; cute admodum dura tegitur, quam aſperam efficiunt aculei parvi, quibus tota

 con-

conſperſa eſt, quorum reſpectu improprie non ſpinoſus dicitur. *Ore* eſt parvo, dentibus quatuor albis munito. Unicum utrinque *foramen* et *pinnam unicam* habet utrinque ad branchias Caprifci modo; pinnulam aliam in prona parte prope caudam; aliam huic fere reſpondentem in ſupina. *Cauda* in unicam et latam deſinit. Piſcem hunc *Plinii* orbem, vel ut alii legunt, *orchin* eſſe credunt; verba Plinii haec ſunt: *Duriſſimum eſſe Piſcem conſtat, qui orbis (orchis) vocetur; rotundus eſt et ſine ſquamis, totusque Capite conſtat.* E mari Nilum ſubire creditur; minime tamen eſculentus eſt: totus enim capite vel potius ventre conſtat; hinc exſiccatus vel Alga et tomento oppletus et ſuſpenſus coeli partem, a qua flat ventus, roſtro ad eam converſo indicat; unde a quibusdam Germanis See-Hahn ſive Gallus marinus vocatur, quod verum eſſe experimento comperit in parvulo ſuo orbe, Wormius in Muſeo. Vid. quoque Muſ. Moſcard. Libr. III. c. 66. p. 227.

Tabulae medium occupat *TESTUDO MARINA*, Germ. Meer-Schild-Krot/ a Terreſtri ſive lutaria non niſi magnitudine, qua eam excellit, differens. Teſta enim eſt minus pulchra et concinna molliore, pedibus piſcium pinnis non abſimilibus, ad natandum comparatis. In ingentem magnitudinem excreſcit, ut in Braſilia et Antillarum Inſulis unius caro, 80. vel centum hominibus in prandium ſufficiat, teſte Rupifortio in Hiſt. natural. Inſul. Antill. cap. 21. Art. II. p. 246. A capacitate tegminis teſtacei, nomen Teſtudinis apud Latinos, apud Graecos χέλυς et χέλις obtinuit, a verbo χέω, capax ſum. Nolo revocare equidem Veterum fabulas, Solini imprimis, qui in mari Indico tam grandes eſſe ſcribit Teſtudinum teſtas, ut duabus ſuperna parte junctis et inferne deductis, aedes ſuas conſtruant. Nec Aeliani, qui in Taprobana Inſula aedium tecta ex Teſtudinum teſtis conſtare credit. Nec Diodori Siculi, qui populos Chelonophagas Aethiopiae et alios Caramanniae vicinos, ejusmodi Corticibus Teſtudinum, pro cymbis, quibus ad continentem navigant, item pro Tentoriis uti refert; de quibus omnibus ὁ πάνυ Salmaſius in Plinian. Exerc. in Solin. p. 837. Licet haec a veteribus de Teſtudinum magnitudine fidem pene ſuperent, tantae tamen in India exiſtunt, ut parum ſit pariter credibile, ni viris omni exceptione majoribus fidem denegare omnem velimus. *Generoſ. Anglus. Herbertus* in mari Indico Teſtudines tantae molis ſe vidiſſe jactat, ut quatuordecim homines unius dorſo inſiſtere potuerint. *Joh. Faber Lynceus* in *Expoſit. Animal. Novae Hiſpan. Nard. Ant. Recchi* p. 731. *Nicolaum Trigautium* maximum illum in Sinam Miſſionarium, certo ipſi aſſeveraſſe memorat, in mari illius Regni tantae magnitudinis vidiſſe Teſtudines, quantae ejus cubiculum, quod paſſus erat longum decem, latum ſeptem. *Marggravius Hiſtor. quadrup. et ſerpent. Lib. VI.* p. 241. tantae in Braſilia molis pronuntiat, ut a quatuor robuſtis viris vix poſſint moveri; imo Laëtius in tantam magnitudinem excreſcere ſcribit, ut quinque viros teſta ſua ſuſtineant, et cum iisdem


iisdem prorepant; hinc non mirum, tam firmam illis testam a natura impertitam, ut rotis plaustri onusti currentis minime conteri possint, teste Wormio in Mus. p. 316. Nostra Testudinis testa e mediocribus, tantae tamen magnitudinis existit, ut commode quis eo pro scuto uti possit, quod de *Centurione Mario* memorat *Nierenbergius Hist. Nat. Libr. XI. cap. 54. p. 260.* Pollicem crassitie excedit; varias habet suturas, e variis variarum figurarum tessulis coagmentatas quasi, haud adeo concinnas, coloris nigri splendentis, lineis flavis vix visibilibus. Partium Animalis hujus structuram fusius recensere, rem supervacaneam judico, cum illud jam praestiterit *Severinus in Zootom. Democrit.* p. 321. seq. post eum *Gerard. Blasius in Animal. Anat. cap. 36. pag. 118.* Edit. in IV. *du Hamel in Reg. Scientiar. Acad. Histor.* Libr. I. cap. VII. *Illustr. Redi nell' osservaz. intorno agli Animali viventi che si trovano negli animali viventi.* pag. 95. 140. seq. et omnium accuratissime in peculiari libro, Italice *Illustr. Fr. Redi* inscripto: *Giov. Caldesi Aretino nell' Osservazioni Anatomiche, intorno alle Tartarughe marittime, d' Acqua dolce et terrestri,* plurimis figuris aeneis illustrato opusculo, et impresso *Florent, Anno 1687.* in 4to; et licet haec Testudinis solertissima Anatome omnem mereatur laudem, nitidiorem adhuc habuissemus, ni mors invida abripuisset virum omni elogio superiorem, *Christophorum Gottwaldum, Podalirium* Dantiscanum, naturae Mystam solertissimum, ceu ex aeneis *Musei Anatomici ejus figuris*, quae apud Nobilissimam Viduam una cum Conchyliorum elegantissimis, et omnes, quas hactenus videre contigit, delineationes superantibus, supersunt, satis patet. Cum explicatione et uberiore destituatur descriptione opus fere Regium, Tabulas tantum recensere placuit, ut salivam moveamus erudito orbi, et Bibliopolarum curiosioribus, quo Virum in Historia naturali promovenda solertissimum, paternis gloriose insistentem vestigiis *Joh. Phil. Breynium,* Medicum pariter Dantiscanum celeberrimum, Reg. Soc. Angliae Socium dignissimum, sub cujus directione et manibus, precibus et pretio exorent, ut in publicam tandem lucem opus splendidissimum prodeat. Continent autem, quae Testudines concernunt Tabulae, et quidem *prima* et *secunda Testudinis marinae* et, ceu e delineatione accuratissima patet, *Tartarugae Lusitanorum* sive *Juracuae* Brasiliensium, quibus alae quasi loco pedum, summam et imam faciem. Tabula *Tertia faciem anteriorem; Quarta partium internarum situm naturalem,* certe omnibus hactenus editis anteferendam. *Quinta, Gulae structuram: Sexta partes genitales utriusque sexus,* in quibus plurima observanda, ab aliis animalibus peculiaria; et *Trapham* quoque *in descript. Jamaicae* cit. *Excell. Rajo* observavit, Marem et foeminam Testudinum per integrum mensem lunarem in complexu Venereo perseverare; hinc *Wormius* foeminas mares valde reformidare scribit, ob congressum longiorem nempe, qui ipsis injucundus; *Septima Ovarium exhibet et Pulmones,* quos non in Thorace, sed in Ventre inferiore sub diaphrag-


phragmate fitos *Joh. Faber Lynceus* tradidit, cui hypothesi haec et aliae tabulae favere videntur, hinc *octava pulmones cum folliculo aethereo* sistit; *Nona Scutum inferius, decima ejusdem Sceleton*, quo clare innuitur, Testudines Scuto suo, ut vulgus putat, exire non posse, quod oculis jam exposuit *Lachmund Dec. I. Ann. IV. et V. Observ. CLXXXIII.* p. 240. Claudit tandem Tab. *Decima* cum *variis Testudinum scutis*, e quibus coloribus et magnitudine differentibus varia et elegantia conficiunt opera, quae cum iis certant, quae ex Achate elaborantur. De ovis Testudinum varii Auctores varia. *Joh. Ott. L. B. de Helwig* in Insula Cera Australi-Orientali, saepius 300. et 400. in foveam arenaceam deponi a Testudine refert, solo calore solis sub Arena, absque ulla alia incubatione excludenda; cum tempus advenerit exclusionis, pullos recenter exclusos adventantes e mari parentes devorare asserit, si vera sunt, quae narrat. *Dec. II. Ann IX. et X. Observ. CXCIV.* §. 27. De modo Testudines in dorso resupinatas capiendi *Rupifort. Hist. Nat. Antill. Pomet dans l'Histoire generale des Drogues, Second. Part Livr. I.* chap. 36. pag. 86. tres modos recenset. Conf. etiam *Mus. Moscard.* Libr. III. pag. 218.


Testudinem *SEPIA* excipit, quae nomen obtinuit ex atramento, veluti putrida quadam sanie, Graeci σηπεδόνα vocant, qua abundat, vel ob σήπιον, quod, uti postea dicemus, in dorso gerit, sic sentiente *Excell. Charltono de differ. et nominibus Animal. et spec. de Piscib.* pag. 50. Refertur in classem mollium piscium, et optime cum Icone *Sepiae pronae Salviani* convenit, in hac nostra Tabula expressa figura. Proprium huic pisci est, (praeter fistulam inter caput et alvum prominentem, quod atramenti copia luxuriet, et vel ideo quam in caeteris reperiatur majori,) quod vitam litoralem traducat, et nihil aliud, quo sibi auxilietur, habeat, cum Polypis et brachia et mutatio coloris inserviat: unde fit ut atramentum illud, sive cruorem suum atrum per Aquam effundat, cum se peti animadvertit, et piscatoribus iter veluti praesepiat; a quo nigro liquore Germanis Black-Fisch oder Dinten-Fisch nominatur, a molliuscula autem structura Kuttel-Fisch. Hoc sepiae atramentum Sinenses cum Brodio oryzae vel alterius leguminis inspissant et formant, et in universum orbem sub nomine *atramenti Chinensis* transmittunt; teste Excell. *Hermann. de Mater. Medica.* Habet et praeter atramentum Sepia, in *dorso* σήπιον robustum et latum, inter spinam et os mediam prae se ferens naturam, substantiam nempe testaceam candidam, levem, utrinque tumidam, parte superna duriusculam, inferna fungosam molleculam leviter asperam friabilem, saporis aliquantum salini et subacris, odoris nullius, in officinis Os sepiae dictam. Licet aspectu plane horridus sit hic Piscis, in culinam tamen et cibos recipitur, non ab Italis tantum mare mediterraneum accolentibus, sed et a Gallis, teste *Pomet dans l'Histoire gener. des Drogves;* hinc Boussuetus de Aquatil. nat. canit:

Sepia



MARINA.
Pristis: Schwerdfisch.


Piscis Stoer. Stoer fisch.


Gladius piscis serræ.
Der kopf des Schwerfisch.


Canis marinus. Ein Meerhund


Mandibula ca-
nis marini. Des Meer hunds gebiess.


Caput Delphini. Delphin Kopff

Sepia dura quidem est, sed si semel esca coquatur,
in stomacho et venis et jecore optime alit.

Apud Veteres quoque in esu ut usu fuisse, fuse probat, et ex omni antiquitate derivat laboriosissimus *Aldrovandus*, de mollibus, crustaceis et Testaceis Lib. I. cap. 4. pag. 59. Etiam ova Sepiae in siccum ejecta, a quibusdam edi cocta in sartagine, scribit *Rondeletius.* Singularis ovorum Sepiae structura, de qua modo laudatus Boussuetus canit:

Ova edit baccis myrti forma effigieque,
Qualis vinifera in vite racemus inest.

De interna Sepiae structura Consul. *Excell. Redi nell' osservazioni intorno agli animali viventi che si trovano negli animali viventi. p. 169. seqq.* Edit. *Florent. in quarto.*

TAB. XVII.

PRISTIS sive SERRA PISCIS, *Anglis The Saw-Fisch*, inter *cartilagineos longos edentulos* a *Cl. Rajo in opere Willugbejano de Piscibus Libr. III. Sect. I. cap. 14 p.m. 61.* a *Cl. Wormio in Museo* non ad Galeos sed cetos refertur, et licet cum Cetaceis nullam habeat corporis similitudinem, ob *molem* et *magnitudinem* tamen saepe *Cetaceus. Cutim* habet rudem et instar Zygaenae cutis asperam, cineracei in dorso coloris, in ventre candicantis. *Caput* Cordis figuram habet, compressum nec crassum; in hujus medietate, paulo tamen versus anteriora, in quolibet latere oculus, et post quemlibet digiti fere intervallo *spiraculum*, per quod Aquam evomit, (quae *foramina* Excell. *Rajus meatus auditorios* esse credit,) et sub his in inferiore tamen parte *oris scissuram*, ut in Zygaena fere transversam labiis instar limae acutis sine dentibus. In extremo autem capitis versus Serram in inferiori parte duo sunt spiracula substantiae interius instar branchiarum, quibus sine dubio serratum rostrum regit, nam has inter branchias serra oritur. *Caput* igitur in longum et angustum, planum et firmum rostrum porrigitur, de quo mox pluribus. Pinnas piscis habet VII. videlicet duas ad latera, paulo infra branchiarum spiracula, post has in lateribus iterum duas, supra has in dorso unam, deinde in extremitate corporis fere in dorso itidem talem, et pro cauda septimam. Corpus subteres est, angustum versus posteriora. Piscis, quem Auctor noster habet et exhibet, vix e mediocribus est. Ast major fuit, e quo

SERRA PRISTIS improprie Gladius, cujus figura quoque a Beslero nostro hac et eadem producitur Tabula; gladius enim Piscis Xyphiae est, *Serra Pristis.* Porrigitur, uti modo diximus, Caput Pristis

 in

in longum planum et anguſtum hoc roſtrum, utrinque multis dentibus ſive oſſeis firmisque ac rectis ſpinis ex adverſo ſitis ſerrae inſtar munitum; numero ſecundum *Illuſtr. Rajum* incerto, in aliis enim XXV. in aliis XXVI. in aliis XXVIII. utrinque cernuntur. In noſtra Serra viginti ſex numerantur ſpinae, in Serrula vero, quae piſci adhuc agglutinata, viginti. Longitudinem quod attinet, binas ultra ulnas adaequat, unde Piſcis magnitudo facile aeſtimari poterit. Per longitudinem poroſi oſſis, duas habet cavitates, quae juxta extremitatem coaleſcunt, nec in apice hiant. Vid. Cl. *Jacob. Muſ. Reg. Danic. Sect. III.* p. 15. Plura de *Priſti* ejusque *Serra* ſcire qui deſiderat, evolvat *Cluſ. Exot. Libr. VI, cap. 19.* p. 135. ſeqq. *Muſeum Worm. Libr. III. cap. XV.* p. 288. *Piſ. Hiſt. Nat. Braſil. Libr. III.* p. 54. ſub nomine *Aragvagva. Rochefort l'Hiſtoir. naturell. des Antilles. p. 190. Muſeum Gottdorf. Olear. p. 38. Muſ. Calceolar.* Sect. I p. 82. *du Hamel Hiſt. Scient. Acad. Reg.* pag. 270. pluresque alios.

PISCEM STVRIONEM optime aeri inciſum et delineatum eſſe, teſtis et Cenſor eſt omni exceptione major, Illuſtr. *Grew* in *Muſ. Soc. Reg.* qui ad *Salviani* optimam expreſſionem *noſtram* pariter accedere refert: *(eſpecially that of SALVIANVS with is curious figure. The like in BESLER.) Corporis* figura longa eſt, ſecundum *Schoenfeld. in Ichthyol.* ſive *Nomenclat. Animal. marin. fluviat. et lacuſtr. Holſat. et Excell. Charlton. in Onomaſt. Zoic. trianguli ſeu priſmatis fere figura*, ſecundum *Illuſtr. Rajum* in *Willugbejano de Piſcibus opere, Pentagona*, quinque ſcilicet ſquamarum oſſearum ordinibus in quinque angulos tributa. *Squamae ſuperioris ordinis* in medio dorſo, caeteris majores altius aſſurgunt. Harum numerus certus et definitus non eſt; in aliis enim piſcibus XI. in aliis XII. in aliis tredecim obſervavit *Rajus. Ordo* hic usque ad *pinnam dorſi*, (quam unicam hic piſcis habet, non longe a cauda) nec ulterius extenditur. *Ordines laterales* a capite incipientes ad ipſam usque caudam procurrunt, triginta aut XXXI. alteruter ſpinis compoſiti. *Ordines inferiores*, qui planum ventris lateraliter terminant, a priori pinnarum pari inchoati, ad ſecundum par deſinunt; conſtantque ſinguli XI. XII. vel XIII. ſquamis. *Squamae omnium ordinum* in univerſum omnes ſpinam habent in faſtigio brevem, validam, retrorſum incurvatam. Praeter hos V. ordines ſquamas duntaxat binas habet infra anum in medio Ventre. *Caput* pro mole corporis exiguum, ut et *oculi* iridibus argenteis. *Os* in prona parte rotundum, ſemper hians, absque dentibus, magis ad ſugendum quam maſticandum accommodatum, ante quod propendent appendices carnoſae quatuor. μακρορυγχότερος *roſtro longiori*, quo more ſuis terram fodit, unde Sturionis forte nomen illi impoſitum credit ſolertiſſimus *Gesnerus*, quibus ſtieren und ſtören/ caenum aut vadum aquae fodere et commovere ſignificat; quae nominis deductio certe melior videtur illa maximi *Salmaſii*, Criticorum facile principis, dum Sturionis nomen

exi-

existimat a *Thursione* Pisce, διεφθαρμένως deductum. *Olaus Wormius* dictum putat a *corporis proceritate*, quia *Stur* vel *Steer* magnum in lingua Danica denotat; hocque jam olim acutissimo *Jos. Scaligero*, illustriore Literarum quam Veronensi Principatu, suboluit, qui *Gothicum vocabulum Sturionem* pronuntiavit: a Sturionis Latino nomine Gallorum *Esturgeon*, et Anglorum *Sturgeon* indubie descendit. Haud minus inter se pugnant Auctores de Acipenseris nomine, quae collecta videbis apud *Illustr. Rajum in Willugbejano Opere*, pag. 241. Gignunt equidem Maria hunc piscem, maxima tamen fluvii dant incrementa: teste enim *Schoenfeld. in Ichthyolog.* p. 9. *nisi utriusque Aquae dulcis et salsae beneficio fruatur vicissim libere, aegre incrementum sumit, ut in junioribus ex mari in vivaria et lacus translatis experientia docet.* Piscis imprimis nobilis, pinguedine flava abundans, palato Apiciorum gratissimus; et Διὸς ἐγκέφαλον *Jovis Cerebrum.* Hinc in conviviis pisces hos coronatos per servos coronis redimitos, junctis instrumentis musicis, apposuere, *quasi quadam non delitiarum, sed numinis pompa*, ut *Athenaeus loquitur Deipnos.* L. VII. c. 15. Unde *Ovidius* in *Halievt. Tuque peregrinis Acipenser nobilis undis*: et *Martialis* Libr. 13.

Ad palatinas Acipensera mittito mensas,
Ambrosias ornent munera rara dapes.

Plurima ad delitias Piscis hujus facientia collegit *Cl. Elsholz.* et Doctiss. *Behrens* in *Diaetet.* Sed unde digressus sum, eo revertor: *Pinnae* huic pisci subalbidae; quarum *binae* ad branchias, totidem ad ventrem sitae sunt. A capite per dorsum ad caudam usque *funis* seu *nervus* digiti crassitie excurrit, integrum roborans piscem et firmans; coqui dum mactant, funem extrahere solent. *Cauda* qualis *Galeorum*, cui classi accensetur, bifida quidem sed adeo, ut superius cornu, una cum ipso corpore tenuato, ultra inferius longe procurrat. *Color* Piscis in superna parte sordide olivaceus, aut ex caesio nigricans, in prona argenteus; media insuper squamarum pars albet. *Internarum partium structuram* sive *Anatomen* Piscis hujus, in Cadomensi Academia factam, et a Reverendissimo Abrincensium Episcopo *Huetio* Academiae Scientiarum Regiae Parisinae missam, recenset in Academiae illius Historia *Cl. du Hamel Libr. I. Sect. V. cap. IV.* *Ova* piscis hujus Sale condita, et in massam coacta, *Caveare* vocant Itali, forte a Moscovico nomine, *Ikari*, deducto, ut *Cl. Oleario in Itinere Pers.* pag. 204. placuit. *Julius Alexandrinus*, non imi subsellii Medicus, *Libr. de tuend. valetudine* Caviaro Veterum *garum* esse credidit, ideo refutatus a *Cl. Nonno de re cibar.* Libr. III. cap. 14. p. m. 416. Saponem viridem plane colore et substantia refert haec massa, quae quamplurimis in delitiis habetur, viresque ejus medicae praedicantur variae. Sic Reverendiss. Episcopus *Jovius* de *Pisc. Rom.* refert, Summum Pontificem *Julium secundum* hoc magma-

te appetitum plane proſtratum reſtituiſſe. Nonnulli aphrodiſiacas illecebras in hoc coagulo quaerunt. *Condiendi modus* e *Platina* a *Gesnero* refertur, reperiturque ejus differentia, quippe quem Itali *Caviaro negro* vocant, ex *ovis Sturionis*, *caviaro roſſo* in Vrbe *Capha* ad Tanaim fluvium ſita, e *carpionum ovis* conficitur, quem Judaei expetunt, quippe lege Judaica Sturio Piſcis ipſis cibus vetitus. Aequale *Caviaro* condimentum *Botarga* dictum (quod ὠὰ τάριχα ſive ova ſalita proprie eſſe Cl. *Nonnus* credit,) e *capitonis* ſive *Mugilis*, Provinciae Incolis *Mujou* dicti, ovis quoque confectum. De quo *Pomet l'Hiſtoire generale des Drogues. P. II. Livr. I. Chap. 44.* de *modo piſces Sturiones in Volga fluvio capiendi Strausſius in Itiner.* p. 112. qui aliquot piſcium horum centenas, per diei unius ſpatium obtineri retulit, modo vera ſunt, quae narrat.

CANIS MARINVS ſive *LAMIA* ſequitur. Refertur Piſcis hic inter Cartilagineos longos, dentatos ſpinis deſtitutos et Galeorum omnium maximus, ut currui impoſitus vix a duobus equis vehi poſſit. *Rondeletius* vidit 1000. librarum pondere, imo *Gillius* 4000. Librarum pondere captum fuiſſe annotavit; hinc *Rondeletius* in Santonico litore captum vidit, cujus os et Gula tanta erant vaſtitate, ut hominem etiam obeſum commode potuiſſet capere: Vnde in quodam loricatus homo repertus, teſte *Excell. Charltono in Onomaſt. Zoic.* ſive *different. et Nomin. Animal. Claſſ. de Pelag. Cartil.* p. m. 7. Hinc Theologorum nonnulli opinantur, nec ſane praeter rationes praegnantes, Jonae Prophetae deglutitorem fuiſſe Lamiam. Vid. Illuſtr. *Rajus* in oper. Willugbejan. de Piſcibus Libr. III. Sect. I. cap. I. p. 48. Quam ſententiam tamen contra *Cl. Majum* et *Paullinum* deſtruere conatur, Lamiae ſubſtituendo Balaenam, *S. A. Pfeiffer in diſſert. Anno 1697. Lubecae impreſſ.* Tam amplum et vaſtum os, ampliſſimum etiam latiſſimumque caput requirit. *Os* autem non in roſtro, ſed ut aliis canibus ſupina parte, ejus ſciſſura maxima eſt, et in qualibet maxilla dentes duriſſimi. *Dorſum* breve et ad caeteras muſtelas comparatum, latiſſimum. *Laterum* et *tergoris pinnas* longe quam in quovis ſui genere majores habet. Binae earum haud procul a cauda, una ſuperior, altera inferior, ad branchias binae, ad podicem aliae binae, alia rurſus in medio fere dorſo. *Cauda* ſi reliqui corporis magnitudinem ſpectes, minus craſſa ſpiſſaque, duabus conſtans pinnis. *Podex* inter ſupinas pinnas latet. Cute aſpera integitur, in qua vaſa ſunt obſervatu digniſſima, exiſtunt enim fontes unctuoſi humoris Piſcium ſuperficiem oblinentis, qui tumor aeque neceſſarius eſt ad piſcium in Aqua motum faciliorem reddendum, ac neceſſarium eſt naves mare ſulcaturas axungia et pinguibus aliis obducere. *Oculi* piſci huic ſunt maximi rotundi, quorum muſculi, qui ſurſum deorſum, dextrorſum ſiniſtrorſum movent, maniſeſte conſpiciuntur. Plura qui de ejus externa internaque ſtructura noſſe cupit, adeat *Illuſtr. Rajum in*

reg. opere Willugbej. de Piscibus p. 48. Noster in Tabula depictus minoribus vix accensendus, uti et

MANDIBULA seu RICTUS potius *CANIS MARINI*, quem Auctor aeri imprimi curavit, optime nisi magnitudinem excipias, cum illo in Musco Regio Danico a Cl. *Jacobaeo* expresso conveniens. Scatet autem *maxilla* rictus quaelibet dentium numerosa serie, utplurimum seno ordine dispositi sunt dentes durissimi, et acutissimi trianguli figura utrinque serrati. Qui in priori ordine sunt, extra prominent, et in anteriorem partem vergunt, secundi ordinis recti sunt, tertii, quarti, quinti et sexti in os recurvi, maxima ex parte in utraque maxilla carne molli fungosaque contecti secundum Excellent. *Rajum.* Quid quod *Excell. Charltonus* ex acutissimo Stenonio notat, in inferiori piscis mandibula tredecim dentium ordines observari. Quaelibet maxilla utplurimum 72. comprehendere debet dentes, quae summa est in utraque 144. dentium; sed numerus omnino incertus est, quippe pro aetate piscis variat, et observatum, novos quotannis dentes huic piscium generi, quamdiu vivunt, succrescere. Accuratissime haec omnia rimatus est Reverendiss. Titiopolitanus Episcopus *Steno* in *examine Capitis Carchariae piscis, Myologiae ejus annexo;* quam Anatomen pariter *Cl. Blasius Anatom. Animal.* p. 263. intulit. Credit modo laudatus *Steno*, Glossopetras vulgo dictas e terrae erutas gremio, revera non lapides, sed majores Carchariae canis dentes olim sepultos esse; qua de re alibi. Confer ad hunc Piscem, quae Cl. *Rupifortius in Histor. natur. Antill. Insul. de pisce, Requiem* dicto, habet p. 191. *Mus. Olear. p. 32. et 36.*

CAPUT DELPHINI potius *PHOCAENAE* est, (differentiam quippe exhibuit in opere *Willugbejan. diligentissimus Rajus*) carne omni integumentisque cassum, rictu dentibus horride armato. Vocatur Germanis Meer-Schwein/ Septentrionalibus *Marswin*, unde aliarum gentium denominationes detortae. Captus talis Piscis Apenradae in Holsatia Anno 1661. longitudinis 13. crassitiei 7. ulnarum, teste Cl. *Oleario in Museo Gottdorff.* ab Excell. *Majore* examini Anatomico subjectus; quod Ephem. Nat. Curios. Dec. I. Ann. III. Observ. XX. insertum, et a Cl. *Blasio* pariter Anatom. Animal. illatum. In vertice cernere licet *spiraculum* illud semilunare sive hydragogum, quod omnium accuratissime descripsit Excell. *Major*; sub cute gyrosus quidam plexus velut Labyrinthus est, rugosus duplex, unus superior nigricans, alteri candido superincumbens. Hinc stylo adacto distincti duo ductus, quos hydragogos ab usu vocare licet, manifesto deprehenduntur, profunde per cranium ad ipsam palati tunicam pertingentes, et interposito septo osseo, cujus apex est instar cristae Galli, crassities vero pennae Anserinae, ab invicem discreti, perque ductus istos vel fistulas Phocaena aquam ore haustam potenter et tanquam e Siphone ejicit, sicut Physeter et Balaena per duplicem prominentem tubulum. Annotat insuper Ill. *Rajus*, fistulam summa parte, antequam in duo foramina narium aemula dividitur,

glandulosa carne intus cingi, quae a plurimis foraminulis ceu papillis liquorem quendam in cavitatem fistulae excernit. Convenit porro cranium nostrum cum illo, ab Excell. Majore delineato. Dentes adeo pulchra serie dispositi sunt, ut inter spatiola illorum excipiantur dentes maxillae oppositae, acuti omnes, parvi licet, et quod mirum obscure mobiles. Wormius 150. numerat; *Bartholinus* 92. *Major* et *Rajus* 96. totidem quoque in maxillis Capitis Tabulae nostrae numerantur. Plura qui de Pisce hoc legere desiderat, praeter Ichthyographos, et hactenus a nobis citatos Auctores, consul. *Schoenfeld. in Ichthyolog. et Nomenclat. Animal. marin. Holsat.* p. 77. *Jacobaeum* in *Mus. Reg. Danic. Wormium in Museo aliosque*, inprimis *Anatomen Phocaenae Tysonis*; et si quis fabulis similia amat, adeat *Aristotelem, Plinium, Aelianum, Agellium* aliosque veteres, qui plurima de Amore Delphinorum erga homines et Musicam annotarunt.

TAB. XVIIII.

CANCER hic *MOLUCCANUS*, quem pronum et supinum, nitidissime delineatum exhibet Auctor noster, a *Cl. Wormio* in Museo Libr. III. cap. V. inter crustata rotunda refertur, quia, si caudam acutam exceperis, totum ejus corpus ad rotunditatem accedat. Americanis vocatur *Signok*, Malajensibus *Balancas*, Javanis *Meme*, sive *Mimi*. Joh. de Laët in descript. Ind. Occident. l. 2. c. 19. *Araneum marinum*; solertiss. *Rumphius in de Amboinische Rariteit-Kammer* Libr. I. Sect. 21. p. 21. *Cancrum perversum* nominat. *Cl. Clusio*, qui primus ejus notitiam dedisse videtur, *Cancer Moluccanus* audit, eo quod circa Insulas Moluccanas copiose capiatur; quamvis et alibi, imprimis secundum *Rumphium* l. c. in *Manado* Promontorio *Celebes* reperiatur. Et *Helsignoeriae* quoque in *mari Danico* ejus generis vivus captus, teste *Cl. Wormio*: ubi tamen notandum, quod eodem tempore quinque naves Belgicae ex India Orientali reduces appulerint, ubi haud levis suspicio orta, annon quisquiliis et algis navibus adhaerentibus implicatum, hucque delatum fuerit animalculum. Est autem *crustatum, duabus crustis duris desuper tectum, quarum anterior patellae instar convexa admodum crassa duplicata, circa frontem orbicularis et elegantissime conformata, qua alteri conjungitur, semilunae in modum excisa, anteriori latere tuberculis quibusdam et alicubi brevibus et obtusis aculeis distinctis ordinibus asperatur. Posterior crusta priori minor est, Rhombiformis et utrinque dentata foraminulis quibusdam, pulchro ordine variegata. Cauda crustacea oblonga et longitudine quidem corpus longe excedens, trigona, et a sui medio ad cuspidem usque aculeis veluti serrata et aspera, atque in fine spiculi instar acuta, qua si quem imprudentem Piscatorem laeserit, ei non minorem, quam Scorpius dolorem infert*; hinc vere de illo *Cl. Bontius* Histor. Nat. et Med. Ind. Lib. V. cap. 31. canit:

Quis-

MARINA

T. XVIII.

Cancer Mollucensis pronus.
Krebs aus der Insel Mollucca kriechent.




Cancer Anony: mg Rondeletii.

Cancer marinus vulgaris.
Gemainer art Meerkrebss.



Cancer Heracleoticus Ron: deletii.



Cancer Mollucensis supinus.
Krebs aus Mollucca Vfm Rucken liegent.

Quisquis caudati ſenſiſti tela Paguri,
Diſce meo exemplo morſus vitare doloſos
Dente Leonino, quos aula volubilis infert
A tergo, et pejus retinet ſors cauda venenum.

Concava parte plura crura habet inſtar Cancri, et quidem primo octo breviora, dein bina oblongiora, et alia rurſum bina breviuſcula, oſſiculo obtuſo veluti remigio inſtructa, quibus natare creditur. Duas praeterea circa os exiguas admodum chelas, quibus mandit; ſub poſteriore cruſta veſiculae aliquot ſibi invicem ſuperpoſitae, quae haud ſecus inflantur ac ranarum buccae ſolent. *Cluſius* in deſcriptione hujus Cancri, notante *Illuſtr. Grew* in *Muſ. Societ. Reg.* craſſum erravit errorem, quod partem anteriorem cum longo aculeo eſſe dixerit, cum ſit poſterior. In litoribus marinis paludoſis degunt, ſemper ferme bini, mas nempe et foemina, cum vero mas ſemper foemella minor, illius dorſo inſidens undique circumfertur. Plurima ova continet, oculis non obvia, modum tamen ea detegendi Cl. *Rumphius* l. alleg. demonſtrat. Praeter citatos jam Auctores vid. *Olear. Muſ. Gottdorf.* Tab. 28. p. 50. *Ephem. Nat. Curioſ. Dec. I. Ann. II. Obſerv.* 102. *Sachſ. Gammarol. cap.* 6. p. 113. *Jacobaei Muſ. Danic. Sect. III.* p. 17. Nulla tamen figura Auctoris noſtri ferme comparanda, (*licet a Jonſtono Olearioque ex Besleriano Muſeo indubie mutuo* ſumpta videatur:) hinc *Illuſtr. Grew* l. c. ſcribit: *The beſt figure hereof is given by Besler, who alone Shews the Eyes ; yet not ſo clarly, as could bewished.* Cancri Moluccani fragmentum foſſile et lapideum delineavit et deſcripſit *Excell. Scheuchzer Specim. Lithograph. Helv. cur. p.* 65. *ſeq.*

CANCER ANONYMUS RONDELETII naſcitur in mari et marinis ſtagnis, eoque frequentius in Gallia Narbonenſi veſcuntur. Caret nomine, hinc *Rondeletius* Anonymum vocavit, et in genere ab Incolis *Cancre* appellatur. Brachia habet non admodum magna, pedes longos in acutum deſinentes, cornicula duo. Super Carbones aſſatur, vel elixus et cruſta ſpoliatus in ſartagine frigitur, et hecticis imprimis commendatur, optimusque eſt, cum ova habet. Vires ejus medicas cecinit *Bouſſuetus de Aquatil. nat. P. I. p. m.* 231.

CANCER MARINUS vulgaris, κάρκινος θαλάσσιος, cum apud omnes Ichthyographos deſcriptus ſit, non ero in eo deſcribendo longior. Optime aeri inciſum et quoad omnes partes explicatum dedit *Cl. Rumphius in de Amboiniſche Rariteiten Kammer 7. Hooftdeel* p. m. 10. Eorum apud Venetos innumerus numerus, et *Granceoli* vocantur ac molechae; cum igitur plebecula Veneta iis ſaepius veſcatur, *Mangiamoleche* vocantur, ſicut Mediolanenſes *Mangiaboſeche* Kaldaunen-Schlucker / Neapolitani *Mangiabrocolli* Kohl-Freſſer / referente

S hoc

hoc *Cl. Sachsio* in *Gammarol.* p. 110. *Elsholz in Diaet. Libr IV. c. 6. §. 2. pag. 238.*


CANCER HERACLEOTICUS RONDELETII maximus e Pagurorum genere, cruribus brevibus, forcipibus admodum validis, ab illustri Urbe Ponti Heraclea ita dictus, vocatur etiam Gallus marinus, quia ejus brachia in cristae morem tornata sunt, sic sentiente Sachsio in Gammarol. p. 110. Describitur a *Bellonio* et *Rondeletio*: sed desiderat immortalis gloriae *Aldrovandus*, quod posterior in sua descriptione nullam fecerit mentionem tuberculorum, quorum plurima conspiciuntur per dorsum, colore fere miniaceo; neuter autem eorum, cornuum intra oculos, exiguo a se distantium spatio, et ex plurimis articulis seu internodiis constantium, meminerit. *De mollib. et crustac. test. et Zooph. L. II. cap. XIX. pag. 188.* De ejus *Usu in medicina* et *cibis Bouss. de aqu. Nat. pag. 225.*

TAB. XIX.

Inter *univalvia non turbinata* agmen et principatum ducit *NAUTILUS,* a verbo Graeco nomen trahens, quo piscis, et nauta simul designatur; carinam igitur simul et Nautam e Polyporum prosapia *Auctor noster* exhibet, utrumque solum *Nautilum* nempe et *Pompilum.* Cl. *Rumphius* illum eo modo, uti in mari velificat et remigat, ad vivum delineari curavit, et postmodum *Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. VII. obs. IV.* communicavit, cum antea *Carinam Nautili* elegantissimam, ab Aquila marina, e mari cum Polypo ereptam, ejusque unguibus Polypo tantum affixis iterum solutam, et a Piscatoribus littoris Amboinici repertam, Magnif. *Fehrio Acad. Nat. Curios. Praesidi secundo,* dono dedisset; *vid. Dec. II. Ann. IV. observ. 109.* p. 210. Optimus naturae interpres *Plinius* l. 9. c. 29. tam apte, tam concinne, Piscis hujus naturam expressit, quam si ipse in ejus carina habitasset: *Inter praecipua miracula est, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompilos; supinus in summa aequorum pervenit, ita se paulatim subrigens, ut emissa omni per fistulam Aqua, velut exoneratus sentina, facile naviget, postea duo prima brachia reflectens, membranam inter illa mirae tenuitatis extendit, qua velificante in aura caeteris subremigans brachiis, media cauda, ut gubernaculo se regit.* Hactenus *Plinius,* et paulo post: *Ita vadit alto, liburnicarum ludens imagine, et si quid pavoris interveniat, hausta se mergens aqua;* quae omnia verissima et convenientissima esse, avtoptae in Indiis Cl. *Rumphius* modo laudatus, et Cl. *Bontius* in *Hist. Natur. et Medic. Ind. Libr. V.* cap. XXVII. testantur, et quidem posterior *damno suo edoctus* scribit; *nam dum talem Pisciculum in mari captum, imprudentius manibus contrectasset, tantus ardor manum invasit, tanquam si aqua ferventi suffusa esset: unde Piscem hunc Nautili incolam Holothuriorum generi accenset.* Non autem in Mari solum Indico velificat, sed et in Adria-


CONCHILIA
Nautilus et testaceus polypus.
Ein Farkuttel/ oder Schiffkuttel
mitt seinem Schnecken.


Concha echionata cruda.
Unpolirte Stachlichte
Schnecken


Nautilus sculpturis Indicis conspicuus.
Perlenfarbe Muschel/ darauf
Indianische figuren gestochen.
Concha marina
Indica polita. Ein Indianische
polirte Schneckenmuschel.
Nautilus Indicus
crudus
Groß Indianische
Perlenfarbe Muschel, wie sie raw gefunden werden.

Adriatico, ubi illum inter ſepias prope littorales ſcopulos Piſcatores deprehendunt, illic enim frequenter paſcitur; hinc Italis *Polpo moſcardino*, aut *moſcarolo* vocatur. Nauta viſo, *carinam* quoque inſpiciamus. Conſtat autem illa ex teſta puriſſima, argenti aut margaritarum Orientalium inſtar pellucida, ac limpidiſſimis ſtriis artificioſiſſime contexta, ſubtiliſſima inſuper ac folio papyraceo ſimilis, adeoque valde fragilis, hinc *Cl. Rumphio* Nautilus tenuis, Amboinenſibus *Roema gerita* vocatur. Naviculam exprimit tribus compactam partibus, nempe lateribus binis, et carina. Vid. fuſius hunc Nautilum deſcribentem *Rumphium in Muſ. Amboinenſ. Libr. II. Art. III. p. 63. R. P. Buonannum in Recreat. Oculi et mentis P. II. Claſſ. I. n. 13.* Incomparabilem *Liſterum* in regia *Conchyliorum Hiſtoria Libr. IV. Sect. IV. de Polypis teſtaceis* p. 549. ſeqq. diligentiſſ. *Pettiver* in *Icon. et nomin. Aquatil. Animal. Amboin. Tab. X. Fig. I. Cl. Gottwald. in Muſ. Tab. V.* Capſ. 15. n. 433. et paſſim alios plurimos.

Sequitur alia *NAVTILI INDICI crudi* ſpecies, quem ſub nomine Indico *Biapapeda, Nautili craſſi* ſive *majoris Cl. Rumphius* in *Muſ. Amboin.* et *Rupifort.* in *Antillar Inſul. deſcript.* c. 19. Art. 4. p. 223. ſub nomine *Burgau* deſcripſit. Incola nautili hujus a praecedente differt, et licet a *Cl. Rumphio* Polypodum proſapiae acceſeatur, mirum in modum tamen differt, ceu ex figura Tab. XVII. Lit. B. expreſſa patet. Excell. *Liſterus* in *Hiſt. Conchilior. Libr. IV. Sect. IV. ſ. 553.* Vermiculum exiguum album nautiloidem, algae fere adhaerentem, oculis expoſuit. Margaritarum conchis ſimillimus eſt Nautilus hic craſſus, hinc concham vocarunt Margaritiferam, non quidem ex foecunditate, qua margaritas producat, ut falſo cum aliis multis credidit Bouſſuetus de Aquitil. nat. pag. 49. Sed Margaritifera dicitur a Colore, quo margaritis aſſimilatur. *Porcellanam* Galli nominant, quia teſte Bonann. Recreat. Ocul. et ment. ex ejus teſta aliarumque cochlearum ab Indis confici fama eſt; hinc a Gallis paſſim *Coquille de Pourcelaine* vel *groſſe coquille de nacre de Perle* dicitur. Pocula ab Indis exinde parantur, nec in Europa infrequens, ſic enim Bouſſuetus l. c.

Hinc ipſa argento fulvoque includitur auro,
Fiuntque hinc oculis pocula grata meis.

His Vaſibus et Nautilo confectis, murrhina antiquorum Vaſa comparat *Aldrovandus*, indeque *murrhinum nautilum* vocat. *Pars externa* induitur tunica quaſi oſſea, caſtaneo maculata colore, haec ab Indis imaginibus inſculptis exornatur, quas Auctor noſter ſub titulo *NAVTILI SCVLPTVRIS INDICIS CONSPICVI* ob oculos pariter ponit: exſtatque elegantiſſimum Nautili tale poculum ſculpturis fulgidum, nitide et affabre effictum in *Muſeo Conchyliorum Cl. Gottwaldi pagina ultima.* *Interior Nautili Pars* unionum apparentiam, ſive Gemmae opali

variam, ad varias luminis reflexiones exhibet. Interna fabrica in triginta ac plures concamerationes dividitur, ut ex figura *Rumphiana Tab. XVII. Lit. C.* elucet. Ex una in aliam pro lubitu animalculum transmeare putarunt aliqui, per ſiphunculum quendam, quo in omnibus aditus patet, ut in anguſtiorem ſemper, et magis intimam ſtationem ſecedens, pericula tutius evitare queat. Verum quia foramen illud vix ſubulae exili aditum concedit, et animal in latiori parte Teſtae, ut oſſibus caro conjungitur; hoc minime credendum opinatur Rev. *P. Bonannus* l. c. qui inſuper addit, ſtructuram hanc ad motum inſervire, ut animal facilius in aqua ſupernatare poſſet.

CONCHA ECHINATA CRUDA, quam hac Tabula Auctor conſpiciendam praebet, videtur eſſe *cochlea maris mediterranei, dicta a Rondeletio echinophora*, et Tuberculis, quibus ſpinae frequenter gibbuloſae intumeſcunt, et proportione ſervata diminuuntur, candida colore, ſed rara. V. R. P. *Bonann.* P. II. claſſ. 3. n. 18.


CONCHA MARINA INDICA POLITA dicitur a *P. Bonanno* Perlata, non ex margaritis ab illa productis, ſed a margaritarum nitore, quo fulget decorticata cute lapidea et rudi. Faſcia colore puniceo aſperſa cingitur, qua inſignis pulchritudinis nota illi augetur.

TAB. XX.

Aſpicito, variis repleta eſt cochlea rugis,
et latum ſumma in parte foramen habet.

HIs ab Auctore delineatam *COCHLEAM RUGATAM* et *UMBILICATAM* innuit *Bouſſuetus de Aquat. Nat.* Haec falſo tertia Nautili ſpecies eſſe traditur, cum nullus unquam hac in concha viderit Pompilum; qui minor eſt, quam ut tantam concham ſecum trahat, cujus etiam ſtructura a facili natatione aliena eſt ob transverſas rugas, cum in animantibus marinis hoc diligentiſſime caverit natura, ne quid eſſet, quod natationi moram aut impedimentum afferret, annotante hoc magno *Aldrovando de Teſtac. L. III.* cap. 34. pag. 390. Obtinuit autem a rugis nomen, quibus tota Cochleae teſta pertransverſum ducta eſt, ita elatis, ut et ſtriata dici poſſit. Colore intus eſt albo, foris flaveſcente, valde fragili. Turbinis claviculae in acumen non deſinunt. Foramen valde apertum et longum. Annon Buccinum magnum ampullaceum tenue, roſtro leviter ſinuoſo profunde ſulcatum Excell. *Liſteri? Hiſt. Conchyl. Tab. 898.* in *Gottwaldiano Muſeo Capſ. IX. Tab. I.* n. 1. 2.

MUREX ACULEATA MARMOREA Auctori dicta eſt Murex marmoreus *Rondeletii*, interque murices primatum ducere videtur, optimeque convenit cum *Illuſtr. Liſteri Buccino bilingui gravi, labro et columella ſubcrocea, acutis muricibus horrido, clavicula denſe ſtriata*; non tamen


XX.
CONCHILIA.
chlea rugoſa et umbilicata.
Runtzlichte nabel-
förmige Schne-
cken muſchel.
Murex aculeata marmorea.
Groſse ſtachlichte muſchel.
Concha imbricata
Ziegelförmige Muſchel.
Strumbus magnus.
Pinna magna.

tamen apte convenit cum murice orthocentro *Aldrovandi*, ut inſpicientibus facile patet. Obtinuit autem nomen Muricis ob figuram: ſignificantur enim hac voce ſaxorum aſpera, unde Poëtarum Princeps Maro:

Concuſſae cautes, et acuto in Murice remi
Obnixi crepuere.

Eadem pariter voce exprimitur bellica clava ferreis horrida aculeis, cujus erat Barbaris praecipue frequentiſſimus uſus, truculento marte cum hoſtibus dimicaturis. *Marmoreus* inſuper dicitur, quia teſta admodum craſſa tuberculisque horrida et aſpera, ideoque aculeatae nomine inſignitus. Parte interna ex albo purpuraſcit, figura inter buccina et conchylium media. Vſum medicum Muricis epigrammate complexus eſt *Bouſſuetus de Aquatil. natur. p. 35.*

CONCHAE IMBRICATAE figura non quadrat ad *Rondeletianam*, ſed potius *Tridrachnae Aldrovandi*, pedalis quippe longitudinis; teſta imbricata undata, ad undarum ſeſe attollentium ſimilitudinem diſtincta, eo loco quo ſibi invicem connectuntur. Singulae duos digitos per transverſum craſſae; intus candicant et glabrae ſunt. Imbres externe adeo mirifice diſpoſiti, ut difficillime ſermone exprimas, oculis vero uſurpes jucundius. Convenit optime cum concha marina imbricata Ind. Orient. *Illuſtr. Liſter.* n. 385.

STROMBVS MAGNVS ad *buccina* et *turbinatorum genus* in anfractum intortum pertinet, quod ore quidem lato, mucrone autem acuto clauditur, juxta *Ovidii* illud:

Cava buccina ſumitur illi
Tortilis in latum, quae turbine creſcit ab imo.

Quamobrem ſonum edunt, ſi voce inflantur, et Tritonum ori admotas Pictores et Poëtae exhibent, quos inter *Naſo* Neptunum deſcribens canit:

Caeruleum Tritona vocat, conchaque ſonanti
Inſpirare jubet, fluctusque et flumina ſigno
Jam revocare dato.

Imo ab antiquis Romanis loco Tubarum fuiſſe adhibitas, affirmat *Virgilius:*

Buccina jam priſcos cogebat ad arma Quirites.

Dicitur autem Strombus, quia στρομβωδῶν nomine intelliguntur, quae in longum turbinem deſinunt, et in anfractus contorta. Deſcriptio Strombi igitur magni *Auctoris* optime convenit cum *Bonanniana*; novem enim anfractibus producitur proportione ſervata diminutis, illique primi orbis longitudine commenſurantur. Circa orbium commiſſuras veluti capillorum tricae circumvolvuntur, et ſingulis eorum labrum

quoddam annectitur, quo veluti distinctus Cortex indicatur. In parte interiori e carneo colore albescit, exteriorem vero semicirculares maculae albae, rufae et castaneae invicem alternatae condecorant. Labrum, quod reflexum orbi propinquo adjacet, minutissimis crenulis corrugatur, quod vero expansum, oris aperturam amplificat, undosis sinubus crispatur. Invenitur in mari Europae adjacente, sed coloribus dilutis picta labrisque crenatis ac tuberosis. De Vsu in cibis et Medicina fuse *Aldrovandus de Testac.* L. III. cap. 6. seqq.

PINNA MAGNA concha est, e duabus composita testis, et a mytulorum figura, magnitudine excepta, non multum differt. Ab inferiori et strictiori parte in amplam latitudinem extenditur, illic arctissime clauduntur testae, hic facile diducuntur. Exteriorem faciem terreae glebae similem habet multoque luto maculatam: hinc nonnulli crediderunt, nomen Pinnae ex Graeco πίνος, quae vox *sordes* denotat, provenire. Tubuli vermiculares et Balani saepius parti pinnarum exteriori adnascuntur, uti ex figura nostrae pinnae apparet. Inferior pinnae facies rubida sive helva cum nitore, pars vero acuminata, ubi animal adhaeret, margaritarum vulgarium aut aeris aemulatur colorem. Varius a variis concha haec nomen obtinuit. Apud veteres Graecos vocabatur ὀστρεώδες κογχύλιον; Anconitanis et Venetis *Astura*, Tarentinis *Paricella*, Massiliensibus *Nacre*, aliis *Nacharone*, Neapolitanis *Perna*,

a *forma Pernae, quam gerit, assimili.*

Adnascuntur huic Pinnae *fila* vel *lineum capillamentum*, in figura quoque nostra expressum, unde Genuenses *pinnam lanam*, et *lanam pinnam* nominant. An bysso veterum analoga haec materia, pluribus disputat *Aldrovandus de testaceis* p. 540. seqq.

TAB. XXI.

PRostant hac in *Tabula* sub *Fig. 1. 2. 3. 4. et 5ta.* non naturae quidem nova opera, sed Artis. *LARVAE* enim sunt e *variis Conchyliorum testis concinnatae*, ad oculos aeque oblectandos, ac animum ad Creatoris optimi sapientissimique laudes tam varia naturae miracula, in vilissimis naturae rebus effingentis, alliciendum. Leves sunt tenuesque hae testaceae Larvae, nec comparandae iis, quas *summe Rev. Bonannus Recreationi mentis et oculi* Class. III. n. 407. coronidis loco adjunxit. Et hae tamen non accedunt iis, quae in *Regia Crypta Versailliana* spectantur, in qua signum Solis sculptrix manus simulavit, apud Thetidem orbe peragrato diversantis, additis e Musivo opere ornamentis, quorum materiem undarum foecunditas in Conchyliis subministravit.

Fig. VI. *MVREX EX APPENDICIBVS QVINQVE*, instar brachiorum extensis, et circa labrum additis, a Graecis *Pentedactylus* dictus. Strigis crispatus elegantissimis albi, brunni et ad sanguineum accedenden-


Fig.1.


Fig.7


Fig.4.


Fig. 1.


Fig. 2.


Fig. 3.


Fig. 7.

Fig. 6.






Fig. 8.


Fig. 4.

Fig. 11.





Fig. 12.


Fig. 5.



cedentis eſt coloris, mire maculis variegatis ludens; oris aperturam minutiſſimis inciſuris rugatam habens, maxime inſuper expolitus; intus croceus color in albedinem ſe diffundit. Eſtque murex hic Purpura Pentedactylus *Bellonii*, cujus Figura optime exhibetur ab Excell. *Liſtero* in *elegantiſſima Conchyl. Hiſtoria* n. 870. et in Excell. *Gottwald. Muſ. Conchyl.* Tab. IV. Capſ. VII. n. 141. b. diligentiſſimus *Pettiver* in *Aquatil. Animal. Amboin.* Icon. et nom. Tab. XIV. n. 3.

Fig. VII. BVCCINVM MVSICVM eſt craſſum, clavicula muricata inſtructum in Inſulis *Jamaica, Barbados* et *Coraſſao* obvium, ab *Excell. Liſtero Hiſt. Conchyl.* Libr. IV. Sect. XI. c. 2. n. 805. delineatum et a *P. R. P. Bonann. in Cl. 3. n. 296.* deſcriptum. Vocantur *Muſica Buccina, quod muſicis notis lineisque Natura ſignaverit, ne forte Marinae Nymphae figuratis defraudarentur cantilenis, Neptunusque Jovis non invideret delitiis, aut ſi commento non aſſentiris, ut ſpectantium ſaltem oculis ſuis numeris abſolutam Harmoniam efficerent,* ut elegantiſſime jocatur R. P. *Bonannus.* Colores jucundius oculis uſurpantur, quam calamo referuntur: ſunt enim lineae aureo fulgore notabiles, notulae ſanguineae, puncta e flavo rubeſcentia, teſta autem ſubjecta vel vinoſa vel onychina. Has conchas Muſicas omnium optime delineatas reperies in *Excell. Gottwald. Muſ. Conchyl. Tab. III. capſ. VI. n. 117. 118. 119. Cl. Rochefort dans l'Hiſtoire naturelle des Isles Antilles Chap. 19. Art. XI.* concham Muſicam exhibet, *Coquillage couvert des Notes de Muſique* dictam, illa tamen non buccinis, ſed conchis Venereis, ſi figura vera eſt, accenſenda.

Fig. VIII. CONCHA HAEC VENEREA eſt *literaria* dicta a *Cl. Rumphio Ephem. Nat. Curioſ. Dec. II. Ann. V. obſ. CXII.* communicata *Arabica;* qui eam poſtmodum *Muſeo Amboinico Libr. II. Art. XXIII. n. 11. lit. M.* pariter intulit, deſcripſit eam quoque *Liſterus in Hiſt. Conchyl. Cl. V.* ponderoſa longiuſcula et anguſtior ventre ſubplano albicante, lateribus crebris maculis nigricantibusque mediocribus diſtinctis dorſo velut characteribus quibusdam depicto. Fig. IX. et X. *CYLINDRI* ſunt, in quibus tamen patentiores et magis expreſſi Arabici characteres. Eorum plurimos depictos habet *Muſeum Gottwald.* Tab. III. Capſ. V. et Tab. II. capſ. XXVI.

Fig. XI. e numero rariſſimarum Concharum *VVLVAM MARINAM* exhibet; et figura oculis ſubjecta nominis rationem exprimit, ut ulteriori explicationi non indigeat; aculeis inſtar pubis horrida. Deſcripſit et depinxit illam *Cl. Rumphius in Muſeo Amboin.* Tab. XLVIII. Fig. 5. et ante illum *Olearius in Muſ. Gottdorfiano* Tab. XXIX. Fig. IV.

Fig. XII. a Cl. M. R. Beslero his verbis deſcribitur: *Stella Marina elegans, cochleam in medietate veluti gemmam annulo incluſam complectens.*

TAB. XXII.

MArina *STELLA praecedentis Tabulae* ad alias *MARINAS* nos ducit, *MAJOREM* nempe et *MINOREM*. Referuntur ab *Aldrovando* in Zoophytorum classem; ab aliis ad Insecta Aquatilia apoda, multas incisuras in radiis habentia. Graecis ἀςὴρ, *Sylvatico* sidus marinum vocatur. Radii quinque in multis particulis, tanquam e vertebris componuntur, ut in aqua mobiles existant; cavi praeterea sunt hi radii ac in meditullio os constituunt, quo alimentum attractum conficitur, et per omnes partes dispergitur. Colore vergunt hae stellae ad cinereum.


Quae sequitur *MARINA STELLA TREDECIM RADIORUM*, optime describitur a *Cl. Clusio Exot. Libr. VI. c. 29. p. 144.* licet Figura longe melius ab Auctore nostro expressa. Est autem haec *Stella* ex aculeatarum genere, satis amplo corporis orbe, non valde longis tamen radiis constans, qui tredecim numero sunt, illique omnes directi non sinuosi, aequaliter longi prona parte, quinis aculeorum ordinibus praediti, tribus medium occupantibus, duobus aliis latera, sic ut singula latera decem aculei pectinatim muniant, coloris rubescentis; supina pars flavescit, et vertebras illas, e quibus singuli radii componuntur, manifeste ostendit. Decem radiis stella marina describitur ab *Illustr. Fabio Columna in Phytobasan.* pag. 13. Decem pariter, sed multiplici radiorum flexu *Cl. Rumphius* in *Mus. Amboin. TAB. XV. Lit. F.*


SOLEN FOEMINA haec ab Auctore delineata multiplici exprimitur nomine, quorum Plinius meminit. *Solen sive AULOS, sive DONAX sive ONYX, sive DACTYLUS; et quidem Solen dicitur a canalis similitudine.* Αὐλός, quod Tubae modo excavatur, Δόναξ, a figura arundinis crassae ac cavae ad amnes crescentis, quae δόναξ et Cypria arundo nominatur. Ὄνυξ vero i. e. ab extremis tenuitate et figura unguibus simili. Dactylus, e mente Plinii pariter ab humanorum digitorum similitudine. A Venetis vocatur *Cappa longa*, a Bononiensibus *Pesce canella*, aliis Italis *Cannolichio*, Gallis *Couteau*, quod cultri manubrium referat. Ex quibus denominationibus omnibus figura Solenis liquet. Vivit ut Tellina sub arena; testa septem ad minimum digitos longa, vix unum lata; huic summa cuticula. Vid. R. P. *Bonannus p. 106.* quod noctu luceat, Boussuetus affirmat de Aquat. nat.

Quam *SPONGIAE FOEMINAE* nomine delineatam exhibet, ego potius *FAVAGINEM* sive Μελίκηραν Aristotelis, aut *Alcyonium secundum Dioscoridis* crederem; quae massa quaedam est ex innumeris constans pelliculis sive vesicis, iis similibus, quae e Pisis excorticantur, dum coquuntur, invicem unitis et spongiae instar concretis, vacuis, coloris ex albo flavescentis, pugni quandoque magnitudine, quandoque

major,


MARINA



chinus marinus aculeat.
Stachlichter Meer Igel


Ech: mar: sine aculeis minor.
Meer Igel ohne Stachel
klein.



Stella marina minor.
Kleiner Meer Stern


Stella marina maior.
Groſser Meer Stern


Stella marina tredecim radiis.
Dreÿzehen spitziger Meer Stern.


Spongia fœmina.
Meer Schammen / das weiblein.


Solen fœmina.


Uva marina.
Meer trauben.

MARINA

Planta Saxea rubra.
Ein Rot steinich Meer gewachß.

Alcyonium maris rubri.

Alcyonium album.
Meer Schaum.

Alcyonii alia Species.

Hippuris Saxea.

Planta hirsuta forma corall:
Ein rauch gewächß, gleich den Corallen.

Planta Saxea alba.
Ein weiß Steinich Meer-gewächß.

major, quandoque minor, cujus genesis, e mente Aristotelis, sequenti contingit modo. Purpurae, mytuli, buccina, aliaque ejus generis ostracoderma, emittunt lentorem quendam, sive humorem mucosum, velut e seminis natura, semen vero eorum nullum est. Ex illo, purpuris verno tempore congregatis, veluti favus ex putaminibus cicerum coctorum alborum, inter se cohaerentibus coagmentatur, quam alii pro maris spuma, alii falso pro spongia ostentare solent; indeque pariter factum, ut Auctor noster spongiam foeminam crediderit. Vid. plura in *Mus. Worm.* pag. 236. et apud *Aldrovand. de Testac.* Libr. III. pag. 300.

Et *VVA* quoque *MARINA* favaginis species esse videtur, alii pro ovis Rajae piscis ovario exemptis, et peculiari modo arefactis venditant; quorum jam Tab. XV. e Boussueto facta mentio. Nulla enim uvae marinae *Rondeletii* cum nostra hac similitudo.

TAB. XXIII.

OCcasione spongiae faeminae praecedenti delineatae Tabula, quam *Alcyonium secundum Dioscoridis* esse diximus, Auctor copiam nobis facit *ALCYONII MARIS RVBRI*, quod a *Cl. Legato* quoque *Spongia corallina* vel *Coralloides spongiosa* nominatur, illudque esse creditur, ad quod *Philipp. in Anthol.* collineat: πόντȣ τρηματόεντα λίθον: *Ponti pertusum lapidem. Aldrovandus in Museo Metallico* pag. 291. vocat *Pseudo-Corallium rubrum Calamites.* Excell. *Welschius* Auctori nostro dicam scribit, quod nullo antiquitatis testimonio et levissimo coloris argumento Alcyonium maris rubri nominet, cum potius sit *Tubularia Coralloides pulcherrima*, et pro Tubularia purpurea, sive Alcyonio Milesio *Ferr. Imperat.* haberi possit. Cum autem concretum hoc semper pro maritimo habeatur, miro tamen casu in Pago Svevico Sontheim, Heilbronnae urbi vicino, pugni mediocris magnitudine miro casu, lapidi quadrato muscoso adhaerens repertum, ac ad Virum rarissimae Eruditionis in Historia naturali *Joh. Matth. Fabrum* delatum, qui illud *Anat. Botanolog. Pilae marinae* p. 202. inseruit et delineari jussit. Vid. quoque Clariss. *Rajus Hist. Plant.* T. I. Libr. 2. c. 2. p. m. 64. Excell. *Tournefortius* Instit. Rei Herb. p. 575. *Mus. Calceolar.* p. 22. *Mus. Worm.* p. 237. quod corpus purpureum tamen differre videtur.

ALCYONIVM ALBVM Auctoris, prima impressio aut delineatio Madreporae creditur R. P. *Boccone, dans les Recherch. et observ. naturell. Epist. XVI. pag. 139.* qui *Besleri nostri Museum* citat, et *Alcyonium tuberosum Ferr. Imperati* esse credit. Est autem substantia marina, porosa, fungo similis, levis, intus aspera pumicem referens, alba tamen, acris saporis, odoris expers, uti alia Alcyonia, quae e mari ortum habent, cujus Aquae cum salsae sint, ex ejus spuma, cum tenuissimis sor-

dibus permiſta, accedente ſucco lapideſcente, in varias figuras concreſcant. Confer. de *Alcyonio Excell. Langii Hiſt. Lapid.* p. 72. 73.

ALCYONII ALIA SPECIES videtur eſſe Lapis fungites *cerebriformis Excell. Raji.*

PLANTAM HIRSUTAM FORMA CORALLIORUM credo Escharam Coralliodem a *Cluſio Exot. Libr. VI. c. 9.* deſcriptam, ſolidam totam, candidam et in varios ramulos creberrimis foraminulis diſtinctos diviſam, valde eleganti conſpectu. Vel potius Porum cervinum *Ferr. Imp. Hiſt. nat. Libr. 27. p. 630.* Edit. *Venet. nov. Cl. Olearius in Muſeo Gottdorf.* matricem Coralliorum credit; vel Fruticem coralloidem, qui omni ex parte refert hirſutum cornu cervinum, quod lanugine obducitur adhuc novellum. *Worm. in Muſ.* p. 233.


PLANTA SAXEA ALBA et *RUBRA*, non colore tantum, ſed ſtructura maxime differunt. Plantam Saxeam rubram quod attinet, colore eſt rubri pallidioris, ſubſtantia et figura externa oſteolithis non abſimilis, duriori tamen, ſaporis aliquantulum acris, odoris nullius. Planta ſaxea alba cum in ſequentibus Tabulis quoque occurat, illic diſſerendi locus ſupererit. *Vid. Tab. XXVI. Fig. IV.*

Sola reſtat *HIPPURIS SAXEA*; equiſetum hoc eſt in multos graciles ramos diviſum, ac frequentibus diſtinctum nodis et articulis, ſinguli articuli ſtriati, ac veluti canaliculati, ad ſingula vero genicula ſive nodos graciliores, fuſci ſplendentis tamen coloris, ut etiam ſinguli articuli fuſco aliquo glutine connexi videantur. Interior pars lignoſa, quemadmodum ex abruptis quibusdam articulis conſpicere licet; minime autem Cluſiana figura, quam habet Exot. Libr. VI. cap. 8. cum Auctoris noſtri convenit, illa vero quae in *Olearii Muſeo Gottdorffiano* repertu datur, e *Besleriana Tabula*, ut plures aliae indubie mutuo ſumpta videtur. De Planta hac ſaxea vid. *Illuſtr. Raj. Hiſt. Plant. Libr. II.* Sect. II. cap. 6. p. 68. et ſub nomine Calbahar littoreum in *Append. Muſ. Muſeor.* p. 111.

TAB. XXIV.

QUERCUS MARINA THEOPHRASTI Auctoris plurimum differt ab illa, quam *Cluſius* Exotic. Lib. VI. cap. 4. p. 121. et poſtea in Cur. poſterioribus p. 90. exhibuit; aptius autem convenit deſcriptio *Ill Sloane Catal. Plant. Inſul. Jamaic.* p. 3. quod ſit *Corallina Fruticoſa humilior et craſſior, ramis quaqua verſum expanſis, ſuperficie tuberculata, quae in littoribus omnibus Inſulae Jamaicae inter alia maris purgamenta frequentiſſime invenitur.*

PLANTA RETIFORMIS MAXIMA illa ipſa eſt, quae ab *Inſul. Antill.* Scriptoribus *Rupifortio et R. P. du Tertre*, *PENNACHES DE MER* vocatur, Anglis *Sea-Feather. C. B. in P.* dicitur *Corallina cortice reticulato maculoſo purpuraſcente inſtar virgulti lignoſa,* et


XXIV.
MARINA.
Frutex marina maior.
Meer Staudden groß.
Planta retiformis.
Ein gewächß wie ein
Netz.
Quercus marina Theophr.
Meer Aychen.
Reseda marina.
Erica marina.
Meer heyden.

et prorſus tamen plana, in frequentes ramos eosque etiam planos, ſparſa, ex quibus in longitudinem exeunt multi nervi retis inſtar fere contexti, adeo firmi, ut ex aereo filo conflati videantur, lumini tamen appoſiti glutinis ſubſtantiam verius referunt. In *Muſ. Reg. Soc. Anglic. P. II. Sect. V. cap. 1. p. 245.* ab Excell. *Grew* vocatur: *Frutex maximus reticulatus* ſive *Flabellum marinum maximum, a great ſee Fan.* Scarabell in verſione Italica *Muſ. Settal. et Terzag. in Lat. Muſ. Septal. Meſſicanam Coralloidem vocant*, qua mulieres in Mexico pro ventilabro utuntur, tam affabre a natura edito, ut videatur filo ferreo contextum; varias ventilabri hujus ſpecies promunt. Talem Plantam quoque retiformem, qua Puellae Sinenſes in decoquenda herba Thee focum excitare ſolent, expreſſam videbis in immortali opere Biblioth. Vindobon. *Sacratiſſimi* et *Invictiſſimi Monarchae noſtri ab illuſtr. Lamb. edit.* Tom. ſive *Libr. VIII. Comment. p. 659.* et in *Cl. Neſſelii Catal. Biblioth. Caeſ. Manuſcript. Part. VII. pag. 163.* Confer. *Muſ. Calceol.* p. 16. Annon *Akarbahar Kipas Rumphii*; In *Append. Muſ. Muſeorum* p. 109. 110.

FRUTEX MARINUS MAJOR optime deſcriptus exſtat apud *Cluſ. Exot. L. VI. cap 2. p. 120.* durus prorſus et lignoſus atque valde planus flabelli inſtar in ternos aut quaternos craſſiuſculos ramos diviſus, a quibus innumeri alii minores producuntur, qui deinde in alios iterum minuſculos dirimuntur, in longum et latum ſe diſpergentes tam miro ordine, ut ſimul quodammodo coaleſcant, vacuaque tantum quaedam ſpacia relinquant, cribri aut reticuli foramina imitantes. Integer Frutex nigro purpuraſcente colore nitente eſt obductus. Sed ſalſuginoſae materiae, qualis Cluſius meminit, uti in Wormiano, ſic in noſtro quoque nullum veſtigium. Nautae Corallium appellant; ſed ad Palmae marinae Theophraſto deſcriptae genus aliquod referendum cenſet Bauhini Epitomator *Chabraeus. Rupifortio in Antill. Hiſtor.* c. 19. Art. 18. p. 234. vocatur *Arbre de mer*, picturaque plane Auctoris noſtri ſimillima, *Ill. Sloane Catal. Plant. Inſul. Jamaic.* ſcribit, in profundis maris Jamaicenſis ſcopulis et rebus ſolidioribus innaſci copioſe, unde frequenter in vicinum littus ejicitur. Vid. *Excell. Raj. T. I. Hiſt. Plant. p. 67.* cui in paucis a praecedente Planta retiformi differre videtur.

Planta marina RESEDAE nomine, ut optime *Wormius* notavit, in maximam quandoque excreſcit magnitudinem. Planta plana eſt, ut marinae pleraeque, nullos ramos niſi ad latera transmittens, interior ſubſtantia lignoſa, albicans obducitur cortice duro, nigro ſplendente et ad naturam Corallii nigri accedente, qui rurſum ſalſa et alba materie obducitur, efformata in modum vaſculorum rugoſorum, quae ſemina matura Plantae Reſedae continent, ex albo cinerea minora paulo et infima parte utplurimum ipſis ramulis connexa, vacua, fragilia et quae digitis attrita facile in pulverem ſolvuntur, ſaporis ſalſi. *Vid. Cluſ. Exot.* Lib. VI. cap. VI. *Excell. Raj. T. I. Hiſt. Plant. Libr. II. Sect. II. cap. V. pag. 68.*

ERICA MARINA a *Clusio Exot.* Libr. VI. cap. 5. p.m. 122. descripta; videtur esse *Corallina fruticosa elatior ramis quaquaversum expansis teretibus, Anglis Sea-Feather* sive *Pinus marina*; *assurgit statim haec maris soboles ab infimo in frequentes ramos, atque illi denuo in minores alios dividuntur; interdum simul coalescunt, ut in plerisque Plantis in mari nascentibus evenire solet: tenui tegitur cortice, terrestrisque est coloris. Totus porro frutex plana forma excrescit, ramique tanquam quibusdam tuberculis obsiti sunt. Tota planta lignosa et dura, atque lapidi aut scopulo innata videtur, salsi saporis, tanquam Oceani nata.* Hanc marinam Plantam sub nomine *Acarbahar rutti rulti* descriptam invenies in *Mus. Mus. Append.* p. 110.


TAB. XXV.

TOties jam concretionum Corallinarum facta mentio, ut opus sit ad ipsa progredi *CORALIA.* Maxima de *Corallio*, an *vegetabilium* vel *mineralium* regno sit inserendum, inter Historiae naturalis scriptores nata lis et controversia, quorum rationes ex utraque parte non contemnendas attulit Excell. *Ettmüllerus* in elegantissima *de Coralliorum Tinctura disputatione*, tandemque rite pensitatis omnibus concludit, *Coralium* (derivatur quippe Graecis a voce κόρη *puella* et ἅλς *mare*, quasi *puellam* sive *maris filiam* dicas) esse *lapidem in fruticis speciem concretum.* Hinc Auctor quoque noster Corallia (ut vulgo scribitur) et productiones Coraloides ad lapidea concreta refert, cum per extrapositionem seu additionem partis ad partem, non vero per succi nutritii intus susceptionem crescant et augeantur, ut hoc vir ingeniosissimus et rei herbariae callentissimus Rev. P. *Paul. Boccone* αὐτόπτης saepius observavit, et ex ejus observationibus Gallice inscriptis: *Recherches et observations naturelles touchant le Corail &c.* palam fit. Consentientem hac in hypothesi habet Medicum Avenionensem *Gvisonium*, qui in literis ad P. *Bocconem* datis *nullum prorsus Coralii genus Plantam esse* asserit, *ast purum putum minerale et multo sale ac pauca terra potissimum compositum. Existimat quidem variorum Salium cum Terra aliisque mixtionis principiis arietantium occursu atque praecipitatione tam nobile mixtum emergere, non secus ac famigeratam illam incrementi tantum non extemporanei Chymicorum arborem metallicam, quae Mercurii et Lunae capellatae in Aqua stygia prius dissolutorum et Aquae communi dein innatantium subsidentia atque nexu per appositionem partis ad partem accrescit.* Haec Gvisonius, sed accuratiorem genesin σοφώτατος *Ettmüllerus* exhibet, *generari* nempe credit *Coralia, e succo quodam minerali, salino nitroso, pinguedine et viscositate quadam sulphurea impraegnato, quae per subterraneum ignem per poros fundi maris erumpit, ast ubi attigerit marinas Aquas, protinus tum frigore tum congelante earum salsedine subsidet, primaque fundamenta agit futurae concretionis,* ex


LAPIDES



Corall: alb: Indic:
Indianische weisse Corallen.



Corall: maximus truncatus.
Der grossen art Corallen.



Corall: rubicundiss:
Corallen der höchsten Rotenfarb



Corall: imatur: cinereo colore
Aschefarbe vnzeitige Corallen.



Corall: interstincto rubro et albo colore.
Corallen von roter vnd weisser farb vntermengt.



Corall: albiss: Gar weisse Corallen.



ex allabente vero et exspirante continuo novo succo, coagulata ista materia sensim distenditur, sensimque in altum elevatur, quae novo novoque corpusculorum sulphureo-salinorum affluxu non tantum condensatur, sed ulterius quoque ascendendo, ob copiam succi turgens hinc inde in ramos erumpit, qui ex novo appulso succo primo quidem verruculas quasi promunt, quas recens salinus liquor ulterius extendendo, in surculorum e ramulis enatorum speciem expellit. Quod si abundantia nimia distendendo arbusculam disrumpat, vel e ramuli extremitate exsudet, exstillans liquor spermatis naturam assumit, sicque novam Coralii propaginem fundat, et quamcunque rem attigerit, tanquam fertile solum osculando, novo superingesto spermate in arbusculi speciem similiter extollitur. Eodem ergo modo celebratur haec Coraliorum genesis, quo caeterae salium efflorescentiae contingunt, vel quomodo enati sunt silices, aliique lapides, qui ramulis insignes et fruticum speciem gerentes reperiuntur, quales se vidisse ad Albim prope ostium Tangrae, memorat *Encelius* de re metall. l. 3. c. 3. Quae antiquitas olim tradidit, ac si Corallium molle et sub undis herba fuerit, ast in lapidem,

Quo primum contigit auras,
tempore durescat;

Experientia nunc falsi convincit, ad oculum quippe diligentissimus P. *Boccone*, qui Coraliorum Piscationi in canali, Calabriam a Sicilia distinguente, interfuit, in literis ad *Alexandrum Marchetti Pisanum Mathematicum* exaratis demonstravit, *non minus sub undis quam supra undas durum et lapideum esse, cortice duntaxat molli et muscoso* (qui tamen facile deraditur) *integi.* Observavit praeterea *vir ingeniosissimus*, quod excipiendae sint ramorum summitates subrotundae, quae inflatae sunt et tenerae, succumque lacteum parva licet quantitate fundant, lactucae aut Tithymali quodammodo similitudine. Extremitates hae sive fastigia tumida grandiora non sunt Ribesii aut Berberis baccis, neque apud historiae naturalis scriptores descripta aut depicta reperiuntur, quandoquidem in Coralio ex Aquis extrahendo non satis diligentes et cauti fuere. Ipse enim observando didicit, Corallium retibus implicitum teneras suas extremitates, ad abrumpendum pronissimas, plerumque amittere. Item P. Boccone crustam tartaream Corallium integentem, in rubro Coralio rubram esse, in albo albam annotavit, quin et sub crusta exteriore plures rugas seu sulcos ad extremitates praedictas terminatas cerni, ubi cellulae quaedam observantur. In extremitatum autem circuitu clarissime discernuntur complures *pori* seu *foramina exigua stellata*, quae in omnibus aliis partibus ad pedem usque habentur. *Pororum* nomine intelligit notas quasdam in 7. aut 8. fissuras divisas, quae omnes simul stellam efformant, nudo etiam oculo absque microscopio conspiciendam, quas ramorum productioni inservire credit. *Extremitates rotundas* supradictas curiosius examinans, et unguibus

rumpens, plerasque omnes invenit in ſex cellulas diſtinctas, humore quodam albo et pingui repletas, ſapore acri cum aliqua adſtrictione ad Piperis et Caſtaneae ſaporem accedente, qui in recens e mari extracto Coralio manifeſte ſentitur, in exſiccato evaneſcit, adſtrictione tantum reſidua. *Succus*, quem diximus, *lacteus* intra ſex circiter horas, poſtquam Coralium e mari extractum eſt, ſicceſcit, et colorem mutat. Ille ipſe ſuccus lacteus ſive Coraliorum ſpermaticus per eorum Canaliculos extruſus, qualequale etiam corpus contactu ferit, illis adnaſcitur, hinc rupibus non tantum et ſaxis agglutinata Coralia, ſed a Piſcatoribus extrahuntur, oſſa, lateres, tabulae ligneae, ferramenta aliaque coraliis confecta. Sic ſagaciſſimus naturae ſcrutator *Kircherus* rupis integrae partem in Muſei rarioribus obſervavit, e profundo maris extractam, totam coraliis obſitam, cui varia Conchyliorum adnata ſunt; in hac rupe partim e concava Conchyliorum parte, et aliorum convexa, partim vero ex ipſa ſoliditate ſaxea erumpunt Coralia. Vid. ejus *mund. ſubterr. L. 9. Sect. 3. c. 6. et Muſ. P. II. c. VIII.* Sic *M. Dux Hetruriae* Piſis in Gazophylacio habet *cranium humanum, e quo Coralina planta excreviſſe ſpectatur.* Sic in eminentiſſimi Cardinalis *Barbarini* Gazophylacio Coralium, tandem in Myricae affinem Plantam deſinens invenitur; quin e *Delphini duro Corio Coralia* propullularunt. Sed tempus eſt, ut vela contrahendo a Coralii Piſcatione et geneſi ad Auctoris noſtri tabulam reditum paremus. Siſtit hic primo *CORALLIUM RUBICUNDISSIMUM*, intenſioris nempe rubedinis qualis cocci, figura autem eſt arborea multis ramis tortuoſis, qui rurſus in alios minores divaricantur. Citat hunc noſtrum Auctorem in recenſione rubicundiſſimi hujus Coralii Excell. *Turnefort. Inſtit. Rei Herb. Claſſ. XVII. Gen. V. pag. 572.* nec figura multum a noſtra abludit, niſi quod diſci figulini limbo adnatum ſit, quod in Muſeo ſuo aſſervat modo laudatus *Turnefortius.*

CORALIUM ALBISSIMUM, quod rubicundiſſimo ſubjungit, non eſt verum Coralium album, quippe illud a rubro non niſi colore differt, duritie ſuperat et carius venditur. Hoc autem Auctoris noſtri eſt *Coralium album majus officinarum oculatum J. B.* ceu primo ſtatim intuitu patet; illud elegantiſſime quoque depictum reperies in *Muſeo Gottwaldiano Tab. de Corall. III. Fig. IV.*

CORALII MAXIMUS TRUNCUS videtur eſſe *Coralio affinis Porus magnus J. B.* ſive *Madrepora maxima arborea Turnefortii, et Poro magno Imperat.* Exhibet quoque hoc Coralium poroſum ex mari Tabracae allatum P. *Buonanni in Muſeo Kircher. Claſſ. VIII. n. 4.* Truncus enim circa radicem craſſitudine fere eſt brachii humani. Aſt cum Coralliis collata; altitudine ſua non reſplendet. Nam brevi intervallo, qua truncorum diviſura eſt, a craſſitie ſua deficit atque minuitur; neque enim alte aſſurgit. Terminatur in germina craſſitudine digitali. Circa truncos ſolidus eſt inſtar Coralii, at ultimi rami admodum poroſi ſunt

et



Fig IV.

Fig. I.

Fig. IV.




Fig. II.



Fig. III.



et fragiles. Color ei albus, ſuperficies rugoſa et ſtellata, caeteraſque obtinet conditiones, poris in genere tribui ſolitas. *Annon Coralium verrucoſum maximum indefeſſi naturae myſtae Gesneri de Fig. lapid. pag. 132. 133.*

CORALIVM INTERDISTINCTO RVBRO ET ALBO COLORE non ubique occurrit et rarioris commatis. Hinc a *Cl. Turnefortio* quoque, citato *Auctore noſtro*, inter Coraliorum ſpecies recenſetur. Vocatur ab Aldrovando *in Muſeo Metall. p. 287. Erythroleucon.*

CORALIVM IMMATVRVM CINEREO COLORE potius *Poris* quam *Coraliis* accenſendum, foraminibus quippe ſtelliformibus hinc inde obvium, colore quoque a Coraliis differens, quoad colorem cinereum convenit cum Lithophyto cinereo rugoſo J. B. Exhibuit tamen *Coralium cinereum ramoſum et monoclonon unico longo caule* Cl. Rumphius Ephem. Nat. Curioſ. Dec. II. Ann. III. p. 77. 78.

CORALIVM quoque INDICVM ob poros, quos continet copioſiores, *Madreporae* potius quam *Coralii* progenies Qui veterum placitis de Coraliis delectatur, adeat Ganſii *Hiſtoriam* Coraliorum. *Kirchmaieri diſſ. de Coraliis* A. 1665. Witteb. et *Linſii* Jen. 1675. *de Coralio juxta ductum Plinii habitam.*

TAB. XXVI.

Fig. I. VOcatur ab *D. M. R. Beslero* in Gazophylacio *Maſſa Coralloides albicans poroſa, maris fluctuationem egregie repraeſentans*; eſtque revera *Aſtroites undulatus major politus*, quem *Pl. Rev. Pater Boccone dans les Recherches et obſervations naturelles Lettr. XVII p. 141.* deſcripſit, quemque *Mercatus* in *Theatr. Metallic Manuſcripto Lapidem Lumbricalem* vocat. An *Batu Parudan* Append. Muſ. Muſeorum p. 116.

Fig. II. Eſt ſecundum *noſtrum Auctorem PLACENTA CORALLOIDES ALBICANS SINVOSA*, et ſi accuratius inſpiciatur, erit quoque *Lapis aſtroites undulatus major nondum politus* modo laudati *Boccone*, qui *Faſciculum rariorum Baſilii Besleri noſtri* notat, quod *Aſtroitem undulatum* nominet quidem, ſed neque depingat, neque deſcribat, vid. loc. cit p. 144. *Olear. Muſ. Tab. 34.* N. 1.

Fig. III. Vocatur *FVNGVS LAPIDOSVS* ab Auctore noſtro, et eſt revera elegantiſſimus ille *Fungus*, quem e Nilo et mari Indico ad Cel. *Cluſium* detulit Mercator Amſtelodamenſis, *Exot. Libr. VI. cap. 10.* p. 125. et licet magnitudine a *Cluſiano* differat, eſt tamen pariter ſaxeus et candicans ſuperna parte ab umbilico ad circumferentiam, multis profundis ſtriis oblique quodammodo excurrentibus ornatus; convenit quoque in reliquis cum *Cluſiano Fungite*, ut nullum ſuperſit dubium, unum eſſe eundemque. *Fungum hunc Alcyoniis* potius accenſendum putat P. *Buonanni in Muſeo Kircheriano*: nam etſi fungi figuram imitatur,

tur, ſtructura tamen differt, nam rimulae ſive ſtriae, quae a Centro ad circumferentiam in fungis ſunt, ſemper in parte inferiori humum reſpiciunt, e qua enaſcuntur; in hoc autem partem ſuperiorem exornant. Claſſ. VIII. n. 22. Ejus quoque Icon in *Muſeo Olear.* Tab. 34. n. 2. in *Gottwaldiano Muſeo* Tab. I. Capſ. I. omnium accuratiſſime depictus eſt.

Fig. IV. Deſcribitur a Beslero: *Truncus elegans ſubſtantiae lapideae, Fruticem Corallii albi repraeſentans, minutiſſimis punctis et poroſitatibus ſcatens, conum in ſummitate triplicem producens.* Niſi me tamen fallunt omnia, videtur eſſe *Arbuſcula Coralloides Piſonis Hiſt. Braſil. natur. et medic. Libr. IV. cap. 68. Curang Bonga Append. Muſ. Muſ. p. 115.* et non multum differt a *Planta Saxea Abrotoneide Cluſii*, cujus jam mentio injecta. *Cerutus* in *Muſeo Calceolariano* elegantiſſime et deſcripſit et figuram dedit. Excell. *Gottwaldus in Muſeo* Tab. III. Corall. Fig. 2. et 3. hanc Plantam accuratiſſima quoque delineatione expreſſit. Vid. pariter Excell. *Langium Hiſtor. lap. Figur.* p. 57. et *Muſ. Moſcard. libr. II.* p. 187.

TAB. XXVII.


NOndum *productionum Coralloidum* finis, dolendum enim quam maxime, omnem in his Tabulis Lapidum deeſſe ordinem, nullum ſelectum, ut methodus illa accuratiſſima, quam viri in ſtudio hoc ingenioſiſſimi, *Aldrovandus, Liſterus, Luydius, Scheuchzerus, Langius, Beierus* aliique nobis exhibuere, obſervari minime queat. Occurrit hac in Tabula, poſt *Besleri* noſtri mortem certe exarata, *CORALLINA MARINA*, non illa quidem officinarum, ſive Muſcus maritimus, vel Corallina alba off. quae elegantiſſime depicta apud *Pometum l'Hiſtoire generale des Drogves* P. I. Libr. V. c. 18. p. 165. ſed potius *Corallina fiſtuloſa fragilis J. B.* quae numeroſos progignit cauliculos, cinereo filo craſſiori pares, ſuperficie criſpa, ſeminum ſaccharo conditorum, circularibus zonis denſis praecincta, fragilis admodum et levi digitorum attritu in arenam ſolubilis, ſapore fatuo. Annon *Corallina Hippurioides Cl. Welſchii Hecatoſt.* I. obſ. XVII.

LAPIS CORALOIDES ALBVS videtur eſſe *Corallium album fragile ramuſculis aequalibus contiguis dumoſum Moriſ. Hiſt. Oxon. P. 3. p. 656. Sect. 15.*


FVNGVS MARINVS LAPIDEVS is ipſe Fungus Niloticus, et quidem altera ejus pars, cui pediculus brevis et craſſiuſculus adhaeret, qui a ſcopulo aut petra abruptus videtur; de quo fungo in Tab. praeced. Fig. 3.

ANDROSACE vel potius ἀνδρόσακος, quod τὸ σάκος ἀνδρὸς *ſcutum viri* praeſentet. Plantula marina haec nihil aliud eſt, *quam congeries fungulorum cum ſuis Pileolis vel ſcutulis humore Corallino in mari*


ſuper



Corallina Mar:


Materia ob



Fungus cum Lapid:


Lapi





Osteolithos


LAPIDES.



Corallina Mar:


Materia oberust: varia in fonte po-etarum francofurt: ad Oder :



Herba Marina Androsaces dicta






Fungus cum Lapid:



Lapis Coralloides alb


Fungus Marin: Lapid:




Osteolithos


Hoplites cum Lapid:




Osteocollon



ſuper petram, concham, (ut in noſtra hac tabula) *et alias res induratorum.* *Lobelius in Adverſ. Stirp.* p. 165. optime deſcripſit, et *Cotyledon marinum* vocat. Ipſi videtur eſſe e genere plantarum earum, quas paraſiticas feſtive quis dixerit, propterea quia non niſi aliena quadra veſcuntur, cibo et diſco; aliis, uti modo diximus, rebus innatae; Haec Lobelius, qui plurima adhuc circa loca, ubi capiuntur, habet lectu non indigna. *Cl. Wormius* credit hanc plantulam marinam, illam ipſam eſſe *Fungimappam* ab indefeſſo naturae ſcrutatore *M. Aur. Severino* in Epiſtola ad *Joh. Simonem a Gratia* deſcriptam, ſed aliter plane ſentiet, qui lapidem *Fungimappam* exhibentem, inſpexerit: ſtipites enim e ſiliculo vegetationi ſubſtrato aſſurgentes, unica Mappa teguntur omnes, cum in *Androſace*, unusquisque Funguli pedicellus pileolo ſuo tegatur, uti ex Figura, Epiſtolae Severini praefixa, patet. Nec ex *lapide Lyncurio* ſive *Fungifero* prodeuntes funguli ſunt, de quibus in Epiſtola ad Cl. *Mich. Rupert. Beslerum* fuſius egit, quem modo laudavimus, *Tarſigena Severinus*, quos fungos eſculentos cum ſubſtrato lapide aeri incidi curavit Illuſtr. Academ. Nat. Curioſ. *Praeſes Tertius*, immortalis gloriae *Volkammerus*, Dec. II. Ann. III. obſerv. 116. Talem lapidem (quâlem *Carol. Avantius eruditiſſ. in Coenam Bapt. Fier. Not.* p. 47. nomine *Fungi Lyncurii* deſcripſit) cernere mihi licuit in horto inſtructiſſimo, Hesperid. Noriberg. Auctoris nobiliſſ. J. C. Volkammeri.

MATERIA OBCRUSTATA VARIA IN FONTE POETARUM FRANCOFURTI AD ODERAM. Notorium eſt, plurimos fontes ex illo ſaxi calcarii genere, quod cognatum eſt gypſo, ſalire, et ubi erumpunt, ochra quadam, et vario colore cuncta inficere, ac lapidem gignere ſtalactiten, figura extus varia, ac zonis intus et cruſtis ob coloris atque ſtructurae convenientiam et pulchritudinem, oculos pariter et animum paſcentibus diſtinctum. *Fontem* autem *Poëtarum Francofurti ad Oderam* eſſe illum, quem Thurneiſſer. Libr. VII. de Aqu. mineral. et metall. p. 304. memorat, videntur probare incruſtata cochlea et ligni fruſtulum ab Auctore noſtro delineatum; Sic enim modo citatus Thurneiſſerus in lingua vernacula: Wir wollen deſſen/ ſo auſſer der Carthauß zu Franckfurt an der Oder nicht vergeſſen/ dann ob daſſelbige Waſſer an Geſtalt einer andern Eigenſchafft/ iſt es doch an Holtz/ Nuß-Schaalen/ Schnecken-Häußlein und andern dergleichen in Stein zu verändern/ kräfftig erfunden. Hoc de eodem confirmat fonte *Excell. Becmannus de Memorand. Francof.* et quidem *brevi urb. Francof. deſcript. c. 3. p. m. 34.* qui inſuper addit, eum plures adhuc circa urbem hanc fontes incruſtandi vi praeditos detexiſſe, plurimaque ibidem reperiri.

OSTEOCOLLA tradit; quae cum Auctor in Tabula noſtra quoque exhibeat, illa, quae laudatiſſimus vir *Editori Actor. Philoſoph. Anno 1668.* Menſ. Septembr. n. 4. communicavit, breviter excerpenda duxi: *Oſteocolla* nempe *creſcere in ſolo arenoſo, ſed non ſabulo-*

bulosо, nunquam in terra pingui argillosave terra. Non aequalis crassitiei sunt rami instar plantarum crescentium supra terrae superficiem; ad duplam hominis altitudinem radicatur radicesque frequentius directae ad perpendiculum, rarius per latera diffundit ramusculos. Locus ubi Osteocolla crescunt, inter subflavam arenam albicans neque pinguior arena apparet, vocata ab iis, quorum opera in eo investigando utuntur, Flos hujus substantiae. Osteocollum statim erutum molle est, friabile tamen magis quam ductile; nam semihoram vel paulo amplius soli expositum, illam acquirit duritiem, qua venale in officinis prostat. Species Margae videtur, cujus ingens in vicinia Osteocolli copia. Caussa divisionis in tot ramos a radicibus, subter terra se passim diffundentibus, provenire autumat; inde est, quod per Osteocollum semper porrigatur media linea obscura, quae indubie radicis pars; addit alia quoque, quae attentionem merentur, a nobis brevitatis amore praetermittenda. Plura enim de re ubique obvia dicere non licet. Ejusdem commatis videntur

OSTEOLITHI, vel potius *Holostei* dicendi, cum non differant ferme ab Osteocollo, nisi quod nulla cavitate sint praediti, sed toti repleti materia friabili; imo reperit quoque Excell. *Becmannus* l. c. *Osteocollon* penitus non cavum, ubi observavit, illud non adhaesisse circum crassae radici, quin potius semet collegisse circum complures fibras tenues, unde etiam ejusmodi Osteocollon adeptum fuerat poros per totam longitudinem, sed non cavitatem, prout alterum Osteocollon cavum. Osteocollo similes vel certe non multum distant *Coni Norici*, de quibus immortalis Welschius Hecatost. I. p. 86. forte *Geodes figura oblonga specie stercoris canini*. de quo vid. Excell. *Beierus in Oryctogr. Nor.* p. 33.

HOPLITES CUM LAPIDE est cornu Ammonis matrici adhaerens, quod cum ferrea sit armatura, *Hoplites* vocatur, de quo lapide cum Tab. 34. agere decreverimus, hic calamo silentium imponimus.

FUNGUS CUM LAPIDE videtur concretum illud esse, quod sub spongiae elegantis nomine descripsit *Exot. Libr. VI.* cap. XI. *Cl. Clusius*, inhaeret enim non minus ac ille lapidi suo durissimo nigroque. Fungus sive lapidea spongia vel floris exprimit imaginem vel infundibulum, nam cavus est, in infima, qua saxo inhaeret, parte valde angustus. Confer *Cl. Wormium* Mus. p. 237. Est et fungi lapidei species *Szjamur taxis* dicta Javanis, Malayis autem *Tsiandawan Karang*, sive fungus lapideus infundibiliformis, tuberi regio innascens, usu medico pollens, de quo Herbert de Jäger in Epist. III. ad Rumphium et Excell. Valent. Mus. Mus. T. II. p. 96. De Lapide Filtro Vid Excell. Valentini in Dissert. pecul. Giessae A. 1702. habita.



Coralli nigri.


Fúng: Lapid: striat:

T. XXVIII. LAPIDES.



















TAB. XXVIII.

TAbula haec post tot *Coralia* et *coralloides productiones* tandem *CORALIUM NIGRUM* profert, cujus Tab. XXV. ubi variae Coraliorum species recensitae et delineatae, mentio injicienda fuisset, sed dolendum post *Besleri* fata incisis Lapidum Tabulis nullum plane ordinem inesse. Et quidem *Corallium nigrum* in Tabula nostra delineatum, quod concernit, neque Coralium nigrum verum est, quod a corallio rubro non nisi colore differt, pretiique rubro majoris, neque Antipathes sive Pseudo-Corallium nigrum, neque unum ex illis nigri Corallii, sive *Acarbahar Pohor* speciebus, in Appendic. Mus. Mus. p. 107. seqq. descriptum, sed artificiale quid, nec nomine nec descriptione, nedum delineatione dignum.

PLANTA LAPIDEA MARINA jam Tab. XXVI. descripta est *Carang Benga Append. Mus. Mus.* p. 115. sive *Planta Saxea Abrotanoides Clusii.*

ALCYONIUM LAPIDEUM FORMA CORNU CERVI maxime convenit cum illo, a Cl. *Clusio Exot. Libr. VI. cap XII. pag. 126.* descripto, nisi quod cranii loco, cui cornua Cervina lapidea adhaesisse videbantur, in nostro lapis conspicitur; in ramos caeterum instar Clusiani sparsum, inferna parte denso corpore et crasso spongioso tamen saporis salsi. Videtur esse *Planta tophacea marina simile al Corallo bianco con alcune grossi rami tuberosi, rotondi, inequali e striati &c. &c. Estremita di lei pedale forma, una base rotonda e tuberosa come nelle Corne de cervi, con le quali parimente questa Pianta ha qualque similitudine di figura* Vid. *Cl. Legato nel Mus. Cospian.* Libr. 2. cap. 24. p. 131. *Consul. Ill. Rajus Hist. Plant. T. I. Libr. II. c. 13.* p. 82.

FUNGUS SAXEUS MINOR MARINUS, qui compressus floris formam quodammodo exprimit, exacte cum Clusiana descriptione, quoad longitudinem, latitudinem et altitudinem convenit; striae, quae externa parte a pediculo ad circumferentiam excurrunt, non sunt valde conspicuae, quae autem in parte interna profundiores et magis conspicuae, simul etiam in medio coëuntes, quemadmodum et figura aeri incisa accuratius multo, quam in Clusiano schemate, expressa.

FUNGUS LAPIDEUS POROSUS ad *Astroites* referendus, in Mus. pariter *Olearii Gottdorfiano* depictus. Sed cum de *Astroitibus* Tab. XXXVI. agere decreverimus, abstinendum nobis hoc loco.

SPONGIA IN LAPIDEAM SUBSTANTIAM CONCRETA, lapis est cavus oris inaequalibus sinuosis in partem internam reflexis. *Spongites varios* produxit Excell. *Welschius Hecatost. I.* pag. 30.

TAB. XXIX.

QVae Auctor noster hac Tabula exhibet, proletaria oppido sunt, ideoque illis non diutius immorari animus, cum passim non tantum in omnibus officinis Pharmaceuticis prostent, sed et reliquis artis salutaris et Historiae naturalis paene ignaris nota sint. Et *HAEMATITEM* quod concernit, cum ex ejus minera ferrum excoquatur, et Magnes, (extra controversiam martialis prosapiae) per calcinationem in haematitem convertatur, imo magnetis instar, licet non adeo potenter, ferrum trahat, omnino ad martialia referri debet; quamvis de Saturno quoque participet, hinc in fodinis, e quibus stannum et plumbum album excoquitur, neben den Zwitter-Gängen/ und unter denselben/ *Albino* teste reperitur, ac ex artefacto Haematite, capite nempe mortuo florum, ex limatura ferri plumbo et Sale ammoniaco sublimatorum, et vi emetica Saccharo Saturni analoga patet. Quem Auctor noster *Haematitem* vocat, verae metallicae est substantiae, instar ligni petrefacti, vel Antimonii, strias vel fibras oblongas habens, et acuum instar acutas, colore saturate rubro, nulla admista sorde aut venis intermediis. Stupendae saepius molis est, ut frustum *Centum et X Librarum ponderis* apud solertissimum Dn. *Dietericum* intueri licuerit. Post *Aldrovandum* in *Mus. Metallico, Caesium de mineralibus, Boëtum a Boot* de *Gemm. et lap.* aliosque consul. imprimis *Praesidem Academ. Nat. Curios. primum et Fundatorem Bauschium in schediasm. de Haematite.*

Quem *SPVRIVM* nominat *HAEMATITEM* *Auctor SCHISTVS* est, qui cum facile in longas rectasqve laminas atro-rubentes findi potest, Schistus Germ. schwartzer und schiefrichter Blut-Stein nominatur, de quo lapide peculiari Dissert. disseruit modo laudatus *Excell. Bauschius.*

Succedit Haematiti *MAGNES* martialis pariter prosapiae, inque haematitem per calcinationem redigendus, qui ob mirabilem virtutem, inter reliqua lapidum genera facile palmam obtinet, unde vastis voluminibus conscribendis occasionem praebuit, quos inter scriptores primus de eo nugari desiit *Gilbertus* Anglus, qui *Harveo* teste, *experimentis de Magnete factis quinquaginta nummorum millia consumpsit;* quem postea secuti *Cabaeus, Zucchius, Grandamicus*, et in diffuso opere solertissimus *Kircherus*, ac *Leotaudus* in Magnetologia, in qua, si titulo fides, exponitur *nova de magneticis Philosophia.* Illustriss. *Baco de Verulamio* inter posthuma de Magnete quoque inquisitionem reliquit, inter Belgas celeberrimus Navarchus *Laur. Real*, et ante annos aliquot mole quidem exiguum, sed si experimentorum et hypothesium selectum spectes, utilissimum de *Magnete* edidit librum Exc. *Zwingerus*; nec contemnendus liber Gallice inscriptus: *Traité de l' Aimant* par *Mr. D**** quod opusculum Germanice versum, insertum *Tom. III. Mus. Mus. Excell.*


LAPIDES.
Hæmatites. Bluetſtein.
Hæmatites Spurius.
Schwartzlichter Bluetſtein
Malachites Crudus.
Unpoliter Malachitſtein.
Lapis lazuli cum Malachite
Laſurſtein mit eim Malachiten gewachſen.
Magnes.
Magnetſtein.
Lapis Lazuli.
Laſurſt: oder Bergblau.
Galactites.
Milchſtein.
Lapis Aldenbergenſis odoris Violacei.
Ein Stein von Aldenberg von Violgeruch.

cell. Valentini. Exposuere lapidis hujus efficaciam dissertationibus Academicis *J. C. Ludekus* Witteb. 1634; *Salzmann.* Argent. 1648; *N.* Klein Lips. 1660; *J. C. Letschius Witteb.* 1661. *Waldschmid. Marpurg.* 1683. imprimis *Cl. J. J. Spenerus de Magnete errores variorum detexit in dissert. habita Lips.* 1688. Quis igitur nobis vitio vertet, si post tot volumina jam conscripta, sileamus de Magnete.

MALACHITES CRUDUS ad Jaspidis vel Prasii species referendus, lapis viridis et opacus instar foliorum Malvae, unde Graecum nomen fluxit, albas habet venas noster, maculisque inficitur nigricantibus, et ut e Scheda affixa apparet, Auctori nostro e Sylva Hercynia missus; minime ideoque cum Orientalibus comparandus. Licet inter Gemmas ob aspectum non admodum gratum huic lapidi nullus locus, ab officinis tamen pharmaceuticis minime excludendus, modo vera forent, quae de illo cecinit *Marbodaeus*:

Infantum cunas virtute sua malachites
Protegit, et casus abigit quoscunque sinistros,
Ne teneris membris pars possit iniqua nocere.

Hinc Germanis nostris Schrecken-Stein dicitur.

LAPIS LAZULI CUM MALACHITE, quem Auctor exhibet, videtur esse tertium genus Malachitae *Anselm. Boëtii a Boot*, cui color caeruleus distincte intermixtus.

LAPIS LAZULI vel potius *LAZURI*, Arabice enim Azur vocatur et Germ. Lasur-Stein / videtur esse Plinii Sapphirus, quippe haec ei opaca gemma aureis punctis collucens, id quod in Lapidem nostrum quadrat, qui Lapis est durus, colore florum Cyani caeruleo, punctulis aureis ac flammulis exornatus; Has aureas micas nonnulli verum credidere aurum, cujus extractionem proposuere *Kircher. in Mundo subterr. T. II. Libr. III. Sect. IV. cap. 3. et Libr. XII. Sect. V. P. III. cap. 4.* Propos. 12. Excell. *Langius* Lips. de *Mat. Med.* p. 316. ideoque lapidis hujus differentia orta, nempe in ignem immissione, ubi in Orientali scintillulae illae aureae pulchriores redduntur, in Germanico sive ignobiliori evanescere dicuntur. *Strobelbergerus* tamen de Confect. Alkerm. nunquam tale quid se deprehendisse ingenue fassus est, sed omnes, qui ignis persensere vim, scintillas illas non aureas, sed marcasitae potius flores, amisisse. Ast *Strobelbergero* Pharmacopaeorum nonnulli contradicunt, inque Transylvano et Hungarico lapide Lazuli revera Auri miculas existere et remanere statuunt, penes quos fides sit; hancque rationem subesse credo, quod Confectionem Alkermes, seu cordiale, uti vocant, ingrediatur cum *emetica* tamen *vis*, (quam ex aerariis metallifodinis, ubi effoditur, contrahit) ac *purgans* manifeste in illo deprehendatur, et colore Matrem, in cujus sinu natus, prodat. Confer. *Excell. Pechlin. de Purg.* c. 22. et *Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. V. observ. 37. Schol.* et de *Vi electrica* Lapidis hujus *Dec. I. Ann. VI. et VII. observ. 218.* Dissert. pe-

culiari hunc Lapidem examini ſubjecit Argentoratenſium quondam Aeſculapius *Sebizius*, impreſſa *Argent. An. 1668.*

Quem Auctor noſter *GALACTITEN* exhibuit, Germ. Milch-Stein nominatur, eo quod lacteum ſuccum, cineritii licet coloris ſit, emittat, dulcisque exiſtat, ad *Lac Lunae* ſive *Agaricum mineralem* referendus, quem cum elegantiſſima diſputatione Kilonii Anno 1667. impreſſa luci publicae expoſuerit Maximus *Major*, Purpurae laciniam aſſuere non audeo. Vid. quoque *Lachmund. Oryctogr. Hildes.* p. 18.


LAPIS ALDENBERGENSIS ODORIS VIOLACEI; ſive *Jolithos Schwenkfeldii*; nec enim omni odore deſtituuntur lapides, odoremque alii gratum fundunt, alii ingratum, teſte *Anſ. Boëtio de Gemm. et Lapid. L. I. cap. 6. pag. 21.* Sic Moſchi odorem habet lapis Marienbergius, qui in vena divi Fabiani et Sebaſtiani repertu datur. Serpilli odorem habet Thuringius, qui prope Beuchlingam invenitur. Muſti odorem Zeblicius Ophites. Vinum olet *Echites apud Solinum.* Ingratum odorem cornu uſti habet *Enoſteus.* Sulphuris odore gaudent ſilices illi, ex quibus ignis elicitur. Non igitur mirum, et noſtro Aldenbergico ineſſe odorem violaceum, licet *Boëtio* ſuſpitio orta, hujusmodi odorem a muſco quodam e luteo viridi lapidi adhaerente, proveniſſe, quo detracto, lapidem nullum amplius odorem ſparſiſſe, quod ex *Agricola* et *Schwenkfeldio* de *Sileſ. Foſſil.* p. 382. hauſit *Boëtius.* Aſſerto tamen huic Experientia contradicit; nec in noſtra ulli muſci adhaerentis veſtigia. Candidiſſimus *Gesnerus* refert, ipſum a *Georgio Fabricio* jam olim Lapidem odoris violacei accepiſſe. Et *Kentmannus* Geodem illum Aldenbergicum cinereum violam olentem Germ. Violen oder Veylichen-Stein / inter lapides odoratos recenſet: in Nomenclat. Rer. Foſſil. Miſn. Tab. 6. p. 6. Imo αὐτόπτης Excell. *Ledelius in Miſcell. Acad. N. C.* lapidem absque muſco vidiſſe, odoremque violaceum in illo deprehendiſſe ingenue fatetur; ſic in cornubus Ammonis ditionis Scaphuſinae odorem hunc violaceum quoque expertus eſt Excell. *Wagner.* in Hiſt. Nat. Helvet. Sect. 6. Art. I. Vid. Dec. II. Ann. VIII. obſerv. 28. p. 81. ubi inprimis *Scholion Magnif. Acad. N. C. Praeſidis Dn. Schroeckii*, legi meretur.

TAB. XXX.


NE actum agere videar B. L. monendum duxi, hanc Tabulam totam *Excell. Bauſchium* ab *Auctore* noſtro mutuo ſumſiſſe, ipſoque honorifice nominato, Schediaſmati de *LAPIDE AETITE* conſcripto, non tantum intuliſſe, ſed et quod caput rei eſt, ſingulos, ratione contentorum, loci natalis, figurae, coloris, ſuperficiei, magnitudinis, conſiſtentiae, odoris, ſaporis et virium deſcripſiſſe, ut nil paene nobis reliquum, niſi quod Beslerum noſtrum notet, illum *BELEMNITEM GERMANICUM FLUVIATILEM*, Germ. den Teutſchen Adler-

Stein


LAPIDES




Ætites Cinerei coloris.
Klapper oder Erdstein.




Ætites triangularis.
Ein dreyspitziger Adlerstein.



Ætites lapis. rotund: punctat:
Runder, getiepflter Adlerstein.



Ætites Arabicus.
Ein Adlerstein aus Arabia.



Ætites ex Insula Banda.
Ein Adlerstein aus der Insel Banda.



Ætites duplicat: African:
Ein doppelter Adlerstein, aus Africa.




Belemnitis rotundus fluuiatilis.




Belemnitis Germanic: fluuiatilis
Ein Teutscher Adlerstein, so in flüßen gefunden wird.





Geodes ætites Species.
Runder kleiner Adlerstein.




LAPIDES


Lapis fulminis.



Dens Maxillar: Lapid:






Conus picea Lapid


Caro et ossa Lapid


Lignum Fagi Lapid:


Truncus ex Valle Ioachim in Lap. convers.


Dentes Lapid:


Pseudocorona. anguina.

Stein/ so in Flüssen gefunden wird / et *BELEMNITEM ROTUNDUM FLUVIATILEM,* minus recte *belemnites* vocasse, cum belemnites diversi sint, quod a nobis occasione dactylorum idaeorum indigitatum. Forte hic lapis Auctoris nostri minus recte denominatus, *Enhydros* erit, *Aëtitis species*, quod loco *Callimi* sive lapilli inclusi, aquam contineat, quae intus in eo veluti in ovis liquor, fluctuat; hunc *Taphiusium* Plinius vocat; ut sic tres *Aëtitis* species ab *Auctore nostro* recensitae fuerint; *Aetites* proprie sic dictus silice vel callimo praegnans, quales sex priores; postea *BELEMNITES* improprie ab *Auctore* nostro vocati, potius *Enhydri sive Taphiusii*, et denique *GEODES,* qui callimi loco terram vel arenam continent. Non autem terra tantum vel Arena, et *Ochra* item ac *cinnabarina terra* et *bolo rubro* replentur, sed putamine quaque ex ferro et Ochra investiuntur *Aëtites*; id quod *Aëtite Clivensi* probat *Excell. Menzelius Pater Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. 6. obs. 46.* qui pariter *Aetitem siliceum* rarissimum *Ejusd. Ann. observ. I. postea observ. III. Conchitem Aëtitoidem* descripsit. *Excell. Welschius. Hecatost. I.* p. 53. *Aëtiten nucis moschatae figurae* exhibuit. *Vires* lapidum horum in praecavendo abortu et partu facilitando, a plurimis Medicis, imprimis festivissimo *Ammanno,* mire labefactatas restituere nititur *Excell. Albrecht* Eph. *N. C. Dec. II. Ann. IX. obs. 70. p. 36.* Recensentur *Aëtites* ab *Excell. Bajero* in *Oryctograph. Noric.* optime inter eos *lapides figuratos, qui tales sunt Lusu naturae figurarum mathematicarum rotundarum.*

TAB. XXXI.

DENTES *MAXILLARES LAPIDEI* non admodum rari, plane similes habet in *Mus. Metall. Aldrovandus* pag. 828. *Tab. VI. Fig. I. Major. in Memorial. A. Sect. III. de Fossil. Littor. Kilien.* Dentem molarem lapideum vel hominis vel bruti cujuspiam animalis se possidere, proxime penes mare, procul a venis metalli et montibus ab ipso repertum testatur. *Odontoides* varii recensentur a *Gesnero* de Figur. lapid. et Excell. *Langius* quoque *odontopetras molares* nostris plane non dissimiles exhibet in *Histor. Lap. Fig.* Quod de maxillaribus, illud pariter de *ALIIS DENTIBUS LAPIDEIS*, in ima Tabulae hujus parte ab *Auctore* nostro delineatis, dictum esto. De *maxilla Querfurtensi Lapidea* Cl. *Buttneri Rudera diluvii testes* p. 222. *de dentibus Gigantum confer. Dissert. Cl. Hofmanni Jen. Anno 1670. habita de Gigantum ossibus c. 2. Sect. 2.*

Vix ovum ovo similius ac *CONUS PICEA LAPIDEA Strobiliti*, sive *pineum fructum* aemulanti Lapidi apud *Ill. Aldrovandum* in *Museo Metallico.* p. 829. delineato et descripto.

TRUNCUS LIGNI E VALLE JOACHIMICA IN LAPIDEM conversus inque fodinis, ut Inscriptio ostendit, ibidem Anno 1557. d. 17. Febr

Febr. repertus et ex aliquot mille orgyiarum profunditate extractus, tantae est duritiei, ut si poliatur, Jaspidem et colore et duritie aemuletur; qualem pyri truncum lapideum hic loci in *aedibus Generosissimae cujusdam familiae* videri mihi contigit, huic quoad omnia similem, cujus fustulum ab artifice artis hujus gnaro politum, insignibus incidendis Jaspidis instar optime inserviit. *Vid. Excell. Bajer. Oryctogr.* p. 52. Caeterum *Lithoxylorum* Historia a plurimis illustrata, imprimis ab *Exc. Valentini in Musei Museorum P. II. cap. 4. p. 25.* ut his aliquid addere supervacaneum. Imo in agro nostro Norico *ultra duodecim ligni petrefacti species* collegit et descripsit *Excell. Beierus in Oryctograph. Noric.* p. 51. seq. de *Ligno fossili* eruditissimum Tract. edidit *Franciscus Stellutus,* quem Excell. *Major* cum notis denuo editurum promisit.

In Censum hunc pertinet *LIGNUM FAGI LAPIDEUM*, quod *oxyhten* nominare lubet, cum *Oxyam* Graecorum Botanici *Fagum* credant, *alno lapideo* aemulum productum, de quo *Pontanus* in *Meteor.*


videas lapidescere Sarni
Caeruleo sub fonte alnum filicisque maniplos.


de *Phegithe* vid. *Excell. Beier. oryctograph.* p. 52.

CARO et OSSA LAPIDEA. Massam hanc informem, carnem ossibus agglutinatam et petrificatam exhibentem dijudicare, aspicientibus haud difficile erit, quibus addere licebit *Pernas* integras, non procul ab urbe *Roth* regiminis Serenissimi Principis Brandenburgici - Onoltsbacensis versus Palatinatum superiorem, repertu dari, in lapideam substantiam conversis sale inspersis, fumoque induratis Westphalicis non absimiles. De *Carne lapidescente* vid. *Cl Buttneri Rudera diluvii testes* p. 140. de *Petasunculo laudat. Beier. Oryctogr. Nor.* p. 47.

LAPIS FULMINIS sive CERAUNIAS ad Quercum arborem diffractus est, id quod Auctor noster cum *Gesnero*, *Kentmanno*, *Boëtio a Boot*, *Aldrovando* aliisque credit, cum fulminis stupendi effectus aliam plane massam fulmineis inesse telis sat satis evincant. Vid. Exc. *Charlton. Inquis. Anatom. prim. qua Anatomen pueri caelo tacti instituit.* Cl. Major dissert. de *Fulmine tactis.* Kilion. 1673. cap. 2. §. 9. 10. Nec *Europaei* tantum hanc de Fulminis telis sententiam fovent, superant eos hac in re, qui *Indias Orientales* incolunt. Vid. quae de *Ceraunia spathula metallica ex Indiis Ephemeridibus Nat. Curios. Dec. II. Ann. IV.* Observ. CX. et *Dec. II. Ann. VIII. observ. III.* communicavit solertissimus *Rumphius*, et postea pluribus auxit in Mus. Amb. Libr. III. cap. VIII. et IX. et de *Chrysocolla* cum Fulmine coelo delapsa nobiliss. *Balduinus* in *Venere Aurea* Dec. I Ann. VIII. App. annexa. Confer. Elegantis. diss. *Hoechstetterorum* de *Lapide fulminari Altorffi. habitam Anno. 1701.* et *Joh. Gottfr. Laue* dissert. de *Telo fulmineo* Lips. 1706.

PSEU-


LAPIDES
Lapides Islebiani, quibus impressa forma mustelæ pisces.
Stein aus dem Eißlebischen Berckwerck, darauf eine Ruppen zu sehen.
Marmor in agro Episcopatꝰ Eystettensis, cui impressa figura Cancri, Lucij, et Funduli piscis.
Eystattischer Marmelstein, darinnen ein Krebs, Hecht, und Grundel fisch zu sehen.



PSEUDOCORONA ANGUINA, Agyrtarum delusionibus accensenda, quibus vulgus credulum decipere consueverunt, quippe nihil aliud sunt, quam *dentes molares porcellorum, substantiae candidae, superficiei inaequalis, acutis eminentiis seu apicibus pulchre exasperatae, inferiori parte rotundae, ita ut ob id elegantis coronae formam prae se ferant, et a Circulatoribus pro Pseudocoronis serpentum candidorum* Schlangen-Krönlein / *divendantur*; de quibus pluribus egit Cl. *Wagnerus Dec. II. Ann. V. observ. 106. pag. 211.* et dilucidiora adhuc promit *Magnific. Nat. Curios. Praeses Schroekius* in Scholio annexo, et eruditissimus *Welschius* Hecatost. I. observ. 27. qui Draconites sive *opheostaphaniscos fictitios* e maxillis aprorum se collegisse, et decussis quibusdam eminentiis laevigatos, limaque expolitos, ad lubitum efformavit. Vid. quoque *Mus. Soc. Reg.* cui fraus suboluit, Hinc *double tooth or grinder, dentes molares duplices* vocavit.

TAB. XXXII.

Tabula haec *ICHTYITES* varios sistit, quorum plurimos Exc. *Scheuchzerus* in exasciatissimo Schediasmate, *Piscium querelae et vindiciae inscripto*, et Tiguri Anno 1708. impresso, recensuit; et quidem *FIGURAM LUCII PISCIS in MARMORE AGRI EPISCOPALIS EYSTETTENSIS* expressam, quod attinet, hujus pariter laudatissimus Dn. *Scheuchzerus* citato, *Beslero* nostro, meminit l. c. p. 4. ubi Lucium quoque ex Oeningensi Lapidicina protractum exhibet, qui non superficiali ut *Auctoris* nostri Lucii similitudine gaudet, sed totius Piscis substantiam oculis exponit, ceu indubius antediluvianus testis.

Lapides binos *ISLEBIANOS E MANSFELDICO Comitatu* Tabula haec promit, in quorum primo MUSTELAE PISCIS effigies in Lapide fissili nigro aeris divite, aureis striis a pyrite massulis aspersis et intermixtis. Producit pariter hos, citato Auctore nostro, Excell. *Scheuchzerus* l. c. absque tamen schemate.

ALTER ISLEBIANUS LAPIS PISCEM SQUAMOSA EXHIBET CUTE, illaque ex parte detracta, interior carnis structura apparet. Exc. *Scheuchzerus*, qui similem aeri incidi curavit e truttarum genere, Piscem esse autumat, non tamen absolute eo illum referre ausus fuit, propter ventralium pinnarum absentiam. Cl. *Rumphius* in Museo Amboinico quoque Tabula LIX. Lit. B. Lapidis hujus figuram, uti et *Ill. Rajus* in libell. *de Mundi primordio, mutatione et interitu* p. 189. exhibuit. Vid. Exc. *Alberti* in *Disp. Lips.* 1675. habita, *de Figuris variarum rerum in Lapidibus et speciatim fossilibus Comitatus MANSFELDICI* habita: et Nobiliss. *Mylius in Memorab. Saxon. Subterr.* Rel. I. *Lungershausen de Imitam. Nat.* §. 4.

FUNDULUS sequitur *in marmore agri Eyſtättenſis* expreſſus, hunc cum *Piſciculo in fiſſili lapide candido e Muſeo Valliſneriano* comparandum putat, toties jam laudatus Exc. *Scheuchzerus*. l. c. p. 12. Conf. Cl. *Jungium* de *mineralibus* Sched. 15. p. 6. qui *Auctorem* noſtrum citat.

Omnes hactenus recenſitos *Ichthyolithos* pene ſuperat in *Marmore Eyſtättenſi expreſſus GAMMARUS FLUVIATILIS*, indubie e Solenhofenſi Lapidicina deſumptus, quippe non ſuperficialiter ut reliqui lapidi impreſſus, ſed totum cruſtaceum putamen, quo totus veluti cataphractatus integitur, oſtendit, cum ejus cauda ſive potius collo, quinque tabellis, et quinque pinnis cum hirſutis extremitatibus, pedibus articulatis, chelis ſive forcipibus denticulatis, capite, fronte, oculis, cornubus et appendicibus hirſutis; nec tamen hujus egregii *Gammarolithi* ac *Besleriani*, qui illum continet Muſei mentio, neque in Exc. *Sachſii Gammarologia*, nec in annexa pariter maximi Majoris *eruditiſſima Diſſert. de Cancris et ſerpentibus petrefactis*. *Miſcellanea Berolinenſia* lapidem *Ilmenavienſem cancri figuram* in ſinu ferentem, delinearunt, cum noſtro tamen vix comparandum. Aſt ſatis de his *Ichthyolithis Islebienſibus et Eyſtättenſibus*, qui plura praeter allegatos jam Auctores ſcire deſiderat, adeat Dn. *Mylium in Memorabil. Saxon. Subterr.* Exc. *Valentin. Muſ. Muſ.* T. II. cap. 7. pag. 37 Exc. *Spener. in Miſcell. Berolinenſ* p. 100. Quae inter viros in Hiſtoria naturali ſummos Dn. *Woodwaard* et *Luuyd* Anglos, et *Helvetios* Dn. *Scheuchzerum et Langium*, circa generationem horum lapidum lites ortae, notae ſunt ex eorum ſcriptis publicae luci expoſitis, quas tandem componere ſtudebit ſeculi noſtri Oraculum, *Illuſtr. Leibnizius*, in *Diſſertatione*, utinam mox proditura! *de antiquisſimis Hiſtoriae veſtigiis in ipſius naturae monumentis*. Huc quoque ſpectat Cl. *Butneri* ſcriptum, cui Titulus: *Rudera Diluvii teſtes* impreſſ. Lipſ. 1710.

TAB. XXXIII.


GAmmarolithum praecedente Tabula deſcriptum, excipiat *PAGURUS LAPIDEUS*, qui medium Tabulae hujus occupat, et plurimos ſibi ſimiles in variis Muſeis oſtendit. Sic optime convenit cum *Paguro lapideo*, parte ſupina expreſſo, apud ſolertiſſimum *Geſnerum noſtrum de Figur. lapid.* p. 167. apud *laborioſiſſimum Aldrovandum in Muſ. Metallic.* p. 461. in *Muſeo Veronenſi Calceolarii* p. 479. in *Muſeo Neapolitano Ferrant. Imper.* in *Tigurino* teſte *Cl. Wagnero Hiſt. Natur. Helv.* p. 131. In *Muſeo Societ. Reg. D. Nehem. Grew.* p. 255. ubi figura noſtra *Besleriana* citatur. *Paguri* quoque non *Gammari lapidei* figuram habent *Cancri petrefacti Sinenſes*, quos Luſitani *Petro de Kameron* vocant, et in *Ephem. Natur. Curioſ. Dec. II. Ann. obſ. CXLVIII.* expoſuit Cl. *Grimmius*. Nec ab hic diverſi ab ampliſſimo *Rumphio* in Muſeo Amboinenſi Lib. II cap. 84. deſcripti *Paguri lapidei*, a *M. Martinio in Sinenſi*

Atlan-

L




Lap Amonis ferreus




Conchula striata Lapidea



Cochlea Lapid






Pecten Lapid. Guttata
Jacobs getroffte Muschel




Stein


LAPIDES T. XXXIII.


Lap Amonis ferreus



Conchula striata Lapidea


Pectunculus ferreolus duplicat9



Pectúnculus Lapideús bifer.



Conchia Levis Lapid
Glate stein Muschel



Cochlea Lapid


Pagúrús Lapideus
steiner Meer Krebs


Conchites duplicat
steiner doppel Muschel


Pecten Lapid. Guttata
Jacobs getroffte Muschel


Cancer Marinús Min
Steiner Kleiner Meer Krebs


Conchia striata



Atlante primitus descripti, a Lusitanis *Crangejo de Pedra* dicti, quorum virtutes medicae fuse ibidem recensentur. Quibus adde Exc. *Scheuchzerum in Pisc. Querel. et vind.* p. 29.

CANCRUM MINOREM MARINUM referens lapis ad cancriformes quoque lapides referendus, et quidem inter illos, qui Animalia integra continent. Quadrat autem figura in lapide expressa optime in *Cancrum anonymum Rondeletii.* An is sit *carcinolithos*, cujus sub nomine: *Lapis Cancer marinus* meminit *Stephanus Antiochenus* interpres *Ibn Abbas*, cui dicam exinde scripsit ὁ πάνυ *Welschius*, asserere pro certo non audemus.

CONCHA LEVIS LAPIDEA referri potest ad *Conchitem laevem aequilaterum subrotundum mediocrem subcinereum ventre crassiore.*

CONCHITES DUPLICATUS et concha striata, pertinent ad *Conchites valvis aequalibus aequilateros striatos subrotundos, quo etiam conchula striata, quae non nisi mole differt, referri debet.* Maxima *conchitarum* harum ubique multitudo. De *Querfurtensibus confer. Cl. Buttneri rudera diluvii Testes p. 263.*

PECTEN LAPID. GUTTAT. ad *pectinites* refertur, quia figura concham cui pectinis nomen a Rondeletio impositum, exacte repraesentat, ex utroque verticis latere apophyses vel aures prodeunt, in nostro quoque lapide conspicuae; plures equidem apud Auctores pectinites repertu dantur, praecipue apud diligentissimum *Aldrovandum Mus. Metall.* quorum nullus tamen nostro comparari poterit, hinc ab Auctore nostro recte *guttatus* exprimitur.

PECTUNCULIS LAPIDEUS Auctoris est *pectunculites parvus capillaribus striis donatus, qui auctoritate* Excell. *Listeri* sic dicitur, quod auriculis destituitur; et Cl. *Scheuchzerus* insuper annotavit, semper reperiri eos bivalves, propter valvarum inaequalitatem anomios, et aliquando circellis quibusdam veluti fasciatos; noster hic armatura ferrea insuper vestitus.

PECTUNCULUS FERREOLUS pertinet ad *Conchitem laevem, minimum ab Excell. Lang. Historia Lap. p. 138. descriptum*, nisi quod armatura ferrea adinstar praecedentis instructus sit. Similem habet Exc. *Baier. Oryctogr.* p. 75.

CORNU AMMONIS FERREUM, non equidem est, et constat e ferro fuso, sed sub insolita minerae ferreae figura se offert, simile illi cornu Ammonis ferreo, quod cum matrice sua depingi curavit *Cl. Wagner. Ephem. Nat. curios. Dec. II. Ann VIII. obs. CXLIX. p. 321.* seq. Plura de Ammonis cornubus Vid. Tab. XXXIV.

COCHLEA LAPIDEA Cochlites est, sive Lapis ad cochlearum quandam imaginem figuratus, turbinatus, h.e. una velut Testa in conum procedente donatus, intortus sive anfractuosus, et hoc ipso ad cornua Ammonis quoque accedens.

TAB. XXXIV.

ELucet prae reliquis in Tabula hac contentis, *MARMOR CUM FRUTICIBUS, HERBULIS ET ARANEA,* optime expressis, ut penicillo nil pingi aptius, nil fingi possit. Pertinet igitur Lapis hic ad *Dentrites*, vel potius est *Dendrites Arachnoides*. Quod autem ad *Dendrites* attinet, cum nunquam satis laudandus Exc. *Scheuchzerus* eos acutissimo examini subjecerit, eorumque genesin, ut ab omnibus capi possit, clare et perspicue expresserit, *optimoque parenti*, pro ea, quae illos intercedit arctissima animorum conjunctio, inscripserit in *Dissertat. Epistolica Appendic. Ann. V. et VI. Dec. III. Ephem. Nat. Curios. affixa*, nil superest, quod *Dendriti* Auctoris nostri addere possem; nisi quod Vir modo laudatissimus *in Herbario Diluviano* (cujus pariter pars citata Dendritarum dissertatio est) Tab. VII. Fig. VIII. et *ultima*, elegantissimum Dendritem in lapide fissili marmoreo candido, e Lapidicina *Solenhofensi* exhibuerit, nostro si araneam exceperis simillimum. Cum autem, cui Dendritarum speciei et Plantae accensendus, dicere musset vir ingeniosissimus, quis a judicii mei tenuitate crisin expectet?

Aliquot in Museo Metallico *CHEIRITES* sive *Chirites*. Lapides nempe, qui HOMINIS MANUM IMPRESSAM GERUNT, suppeditavit indefessus Naturae scrutator *Aldrovandus*, e materia alba et gypsea, qui cum Auctoris nostri Lapide colore cinereo, cui forma manus impressa, minime conveniunt, Lapis enim noster satis durus, coloris ut jam innuimus, minime albicantis sed cinerei, digitique justo ordine et longitudine rite dispositi, cum aliquibus obscuris licet unguium rudimentis. Elegantissimum quoque et nostro fere similem *Chiritem*, prope Arcem *Blankenstein* effossum, et ab Illustrissimo *Comite Hazfeldensi* Excell. quondam *Sachsio a Löwenheim* dono datum, exhibet in *Gammarologia sua* pag. 159. adjuncto pariter *Chiritis* Schemate.

Lapis, qui vocatur *CORNU AMMONIS AUREI COLORIS* ad *Chrysammonites* seu potius *Ammochrysos* refertur ab Excell. *Ambrosino in Mus. Metall. Aldrovandi* et a *Cl. Reiskio* in *Exercit. Hist. Physica de Cornu Ammonis*; et licet voces Ἀμμόχρυσος ἢ χρυσάμμος proprie lapidem denotent, qui ex Arena aurea compactus, colorem refert aureum, ac resolutus in pulveres, scripturae postea conspergendae, aut siccandis literis inservit; cum *Ambrosinus* tamen cornua Ammonis coloris aurei hac voce pariter designet et figuris exprimat, applaudente illi pariter *Reiskio*, et nostrum quoque *Ammonis cornu aureum Chrysammonitem* vocabimus; aurea praeterea vel Orichalcea potius armatura, ad *Hoplites* referendum. Plura qui de Cornuum Ammonis differentia et structura legere et scire cupit, adeat Exc. *Baierum in Oryctogr. Nor.* p. 59. seq. qui prae aliis hos lapides in ordinem redegit.

LA-

LAPIDES.




Marmor cum fruticibus et aranea.
Marmelstein mit ståudlein/ vnd einer Spinnen.

Lapis insignitus formâ serpentis.
Ein Stein mitt einer schlangen bildnuß.



Lapis colore cinereo. cui forma manus impressa.
Aschenfarber Stein/ in dem ein figur einer hand gedruckt.




Conchæ terrestres in lapides conversæ.
Erdschnecken/ so stein worden sein.




Lapis, qui vocatur Cornu Ammonis, aurei coloris. Ein stein Scherhorn genant/ goldfarbig.

Lapis multis Serpentibus Conglomeratis insignis.
Ein Stein/ darauf viel Schlånglein haufig vbereinander zu sehen.







Lapis Ammonis cum ferrea armatura.
Ein Scherhorn mit Eisenfarben zacken.

LAPIS AMMONIS CUM FERREA ARMATURA, nil aliud quam *Hoplites*. Vocant enim metallici *armaturam*, quod ferri politi, aut aeris, aut auri, (ut praecedenti lapide,) similitudinem gerat, vel ut *Ferdinandus Imperatus* Italice hoc exprimit: *Vestite di color metallico, il che chiamano armatura*. Estque igitur nomen ὁπλιτᾶν ἀπὸ τῶν ὅπλων i.e. ab armis ut *Ambrosino in Museo Metallico Aldrovandi* et *Cl. Reiskio* l. c. placuit. Solertissimus *Agricola* Libr. *de ort. subterr.* annotat: *Cornua Ammonis quae plerumque amatura ferri politi colorem referente obducuntur, succo Aluminis infecta aurei fieri coloris*; patet inde quomodo in Tab. nostra praecedens *Ammonis Cornu* ab hoc differat lapide. Crederem hoc Ammonis Cornu ferreae armaturae Auctoris nostri, cum *Listeriano* de *Cochlitis Angliae* P. I. Tit. III. p. 207. descripto, comparari posse, quippe Ammonis Cornu spina in Ambitu eminente, striis lateralibus, ex toto orbem extimum trajicientibus limatura ferrea.

LAPIS INSIGNITUS FORMA SERPENTIS commode inter Ammonis Cornua referri posset, quia tamen laevis et nodis tuberculisque caret, serpenti assimilatur, et ab *Ambrosino in Mus. Metallico Aldrovandino* OPHIOMORPHITES vocatur. *Gesnerus* huc quoque collineat cum Lapide nostro haud absimili *de Fig. Lap. cap. XV.* p. 167. *Lapidis Serpentis in spiram convoluti effigie*, ita ut caput in circumferentia promineat, extremo vero cauda pro Centro sit. Hujus generis lapidum infinitum poene numerum repertu dari in Angliae oppido quodam *Keysham* vocato, quinto lapide a Bristolia Vrbe distante et alibi pariter testis est Exc. *Charltonus de different. et nomin. Fossil.*

LAPIS MULTIS SERPENTIBUS CONGLOMERATIS insignis, ophites dici meretur, et ex illis est, quos nonnulli *Piscium viscera* crediderunt, humore aliquo lapidescente indurata. Annon ad Vermes Melitenses petrefactos *Wormii* referri posset? illis dijudicandum relinquo, qui acutius in hoc studio cernunt. Memorat Exc. *Bauschius Diss. de Aetite: Inter lapides in antro illo prope Aldorffium* Teuffels-Loch *dicto, inventos extitisse, qui plures serpentes in spiram revolutos exhibuerint; de Tubulis vermicularibus vid. Excell. Baier. Oryctogr.* pag. 72. *Spongites tubulis serpentiformibus constratos* exhibet Exc. *Welschius de Vena Medinensi p. 93.*

CONCHAE IN LAPIDEM CONVERSAE Conchites sunt, qui passim in agro nostro effodiuntur, et ubique prostant; teste *Excell. Beier. Oryctogr. p. 73.* innumerus tamen eorum numerus in *Alzeyensibus* montibus inferioris Palatinatus, quos ideo *Conchiferos* nominavit Exc. *Geyerus in dissert. de montibus conchiferis Alzeyensibus*. His Auctoris nostri simillimos conchites, reperi in monte vico *Zürndorfsensi* vicino, ab *arce veteri diruto* Alte Vesten dicto, clade Suecorum funesto, cum *dilectissimo Patri* aegrum in vicinia visitanti, comes existerem.

TAB. XXXV.

TAbulae initium promit *PISOLITHVM* Germ. noſtris Erbſen-Stein/ dictum, cum *Piſa* optime exhibeat, hinc Geſnero *Orobia*, quod e multis ceu piſis ceu ervis conſtet praeduris, ſuis quaeque incluſis loculis, e quibus levi negotio extrahuntur, quae dentibus frangi nequeunt, colore fuſco; non abludunt ab hoc *Piſolitho Piſa* ſic dicta *Carolina*, e guttis Aquarum Thermarum rotundis ſeu ſphaericis in lapidem ejusdem figurae coagmentatum. Extra Matricem piſa haec lapidea in agris reperiuntur Bethlehemiticis ex *Monconnyſii* relatione T. I. p. 313. confer. de his *lithoſpreis* ſic enim Graece vocari poſſe credit *Calceolar.* in *Muſ.* p. 410. *Worm. Muſ.* p. 52. *Ambroſ. Muſ. Metall. Ald.* p. 512. Exc. *Major. in Memorial. de Foſſil. Littor. Kilonienſ. obſerv.* III. §. 8. *Boetius a Boot de Gemmis et Lapidibus* Libr. II. cap. 239. p. 424. qui hunc *lapidem Bezoar minerale* appellari credit, ſquamis enim ſeu cuticulis conſtat ut Bezoar, deinde ſubjacens cutis ſplendet, color etiam ſimilis, aut paulo plus rufeſcit.


Forſan eadem cum *Boëtio* mens *Auctori* noſtro, qui *BEZOAR MINERALE piſolithis* ſubjungit. Meminit hujus ceu arte elaborati *Pietra d'Aventura* dicti, *Cl. Wormius in Muſeo*, ſed coloris et conſiſtentiae ac ſubſtantiae ratione quae ipſi vitrea quaſi eſt, plane a noſtro *Bezoar minerali* differt; accedit potius ad Bezoar minerale, quod *P. Paulus Boccone* vir in Hiſtoria naturali certe eruditiſſimus, *dans le Recherches et obſerv. naturell. Lettr.* 22 *p.* 225. *ſeqq. deſcripſit*, et Bolo Armenae albae quoad guſtum et conſiſtentiam perſimilem pronuntiat, et ni color obſtaret *Bezoar minerale Serapionis* et *Rhaſis* eſſe credit, quod tamen citrini coloris, friabilis, nulliusque ſaporis eſt; forſan ex illo pocula illa et vaſa Bezoardica fabricantur coloris virideſcentis ſulphurei, quae in curioſorum muſeis aſſervantur, et qualia citat hoc loco, et poſtea *nell oſſervazioni ove ſe contengono materie Medico-Phiſiche et di Botanica Bonon.* 1684. impreſſis aeri incidi curavit. Non autem Bezoardici Siculi hi lapides, matrici bolaris ſubſtantiae incluſi, rotundi ſunt piſorum inſtar, quod *Boetius* voluit, ſed figurae partim oblongae partim compreſſae, ceu ex figura tabulae noſtrae ubi vacua exemptorum lapidum loca facile conſpiciuntur, patet; lapides autem ipſi omnium optime apud laudatum *Boccone* in *obſervationibus Gallice et Italice* ſcriptis delineati. De *Viribus* nil addo, quas fuſe recenſet, plurimisque teſtimoniis confirmat; quibus ſi fides Lapidibus pretioſis Bezoardicis e regno animali vix amplius opus eſſet; huic lapidi non multum diſſimilem citato Auctore noſtro exhibet. *Cl. Bauſchius de Aetite* p. 27.


Succedit *Piſolitho* et *Bezoardicis* mineralibus *lapidibus*, *MECONITES* Germanice der Rogen-Stein dictus, quod ovis piſcium ſimilis ſit, vel quod Graecum vocabulum *Meconites* vult, ſeminibus papave-


raceis,

LAPIDES


Meconites: Rogenstein.



Bezoar minerale.
Mineralische Bezoar


Pisolithus
Erbsstein.



Dactilus Ideus.
Luchstein



Astroites Ind: Sternstein aus India.


Trochites.
Topfstein.


Entrochius.
Rederstein




Asteria vera fissilis.
Gemainer sternstein.




Astroites undulatus et
Stellatus.






Iudaicus lapis
Judenstein.

raceis, vel arenulis compactis, unde Hammites minor dicitur, sub *Hammitis majoris* enim vocula Pisolithum exprimit *Gesnerus* et *Boëtius*. Friabilis interdum hic lapis, ut facili modo in arenulas sive granula, e quibus constat resolvi possit, non tamen omnis Hammites hujus naturae, sed saepius ita confusus et in solidam duramque massam coagmentatus, ut silicem non figuratum primo aspectu referat, teste Exc. SCHEVCHZERO in *Specim. lithograph. Helvet. curios.* p. 40. et postea in wochentlichen Erzehlungen der Natur-Geschichte des Schweitzer-Landes, n. 27. p. 106. *Auctoris* nostri *Meconites* inter friabiles recensendus ex ovulorum subluteorum congerie in massam facile resolvendam coagmentatus, hinc forte ex illorum genere, qui in agro nostro et quidem inter Heimburg et Sultzberg repertu dantur, quorum meminit Excell. *Bajerus in* Ορυκτογραφια *Norica* cap. 7. p. 67. Cl. *Lachmund Oryctogr. Hildesh.* Sect. III. cap. XIV. qui nescio qua de causa Ammonitem vocat. Vid. quoque *optimum Parentem* nostrum de *Meconite* in *Meconopaegnio*, p. 24.

DACTYLI IDAEI sequuntur, id nominis adepti, quod in Ida monte olim reperti fuerint, et digitum repraesentent. *Belemnites* audiunt quoque Auctoribus aliis, quia Sagittae Graecis βέλεμνον figuram referre creduntur, quod nomen Auctor noster aliis lapidum figuris tamen attribuit; Germanis quoque nostris a sagittae similitudine Alpen-Schoß / *incubi Sagittae*, (huic enim morbo mederi olim crediderunt) et Schoß-Stein / nominantur. Sunt autem uti ex Auctoris figura patet, lapides teretes, oblongi, in apicem obtusum desinentes variis coloribus, quandoque vacui, quandoque silicibus turgidi; extitit quoque in Museo Excell. *Majoris*, qui alium minorem dactylum continebat. Omnes pene extrinsecus linea vel crena per longitudinem inscripti, intus vero si transversim frangantur figuram stellulae radiorum plurium ferentes. Quos *Auctor* noster habet semipellucidi sunt, dantur tamen alias et pellucidi et opaci. *Dactylorum unus* frusto *majori silicis* inhaeret, et quasi impactus, qualem quoque *Cl. Major* recenset, qui pene ducentos varii coloris et molis possedit, interque illos marchasita coloris aurei obductos, sive armatura aurea, ex Insula Helgolandia allatos. Tot licet possederit, nullus tamen ab illo in his lapidibus odor notatus, quem tamen instar urinae felium vel Lyncis, hinc Luchs-Stein Germanice dicti, de se fundere veteres putarunt; nec vis electrica sive paleas trahendi in illis ab *Excell. Majore* deprehensa, qui omnium optime hos descripsit lapides. *Memorial. Anat. Obs. Tert. de Fossil. quibusd. littor. Kiloniens.* §. 15. seqq. Confer. quoque *Mus. Worm.* p. 70. *Bellon. observ. Libr. I.* cap. 25. p. 21. *Gesner. de Lapid.* p. 91. 6. *Lachmund. Oryct. Hildesh.* p. 24. *Ambros. Mus. Metall.* p. 620. seqq. *Oryctogr. Nor. Excell. Bajeri.* p. 34. *Mus. Museorum* P. II. p. 13. *Mus. Olear.* p. 63. *Kentman.* pag. 34. *Ephem. Nat. Curios. Dec. I.* Ann. IX. et X. pag. 225. et

infinitos alios, impr. Exc. *Scheuchzerus*, qui singularem de lapidibus istis dissertationem promisit, *specim. Lithograph. Helv.* p. 26.

ASTROITES INDICUS, lapidum quos tabula haec habet elegantissimus. Dicam scribit Auctoribus sedulus *Gesnerus*, quod Astroitem vocent, a Graeco ἄστρον, sidus vel stella, unde melius *astrites* ternis syllabis, vel *Astrios* potius dicendus; Germ. Stern-Stein/ quod plures in illo stellae conspicuae. Lapis est opacus, quo ipso ab Astroite gemma distinguitur, moderate durus, colore cinereo fusco nigricante, eximiae magnitudinis, quippe ad humani capitis magnitudinem illum saepius excrescere refert *Cl. Worm. in Mus.* p. 68. Aceto impositus hinc inde moveri dicitur, ac si vivus esset, hocque procedere ajunt ab aceto per poros lapidis se insinuante, et aërem illis inclusum premente, qui exitum dum molitur lapidem trudit ac movet. Hoc experimento innixus P *Kircherus*, Testudinem arte factam quasi viventem seque avtomatis instar moventem huic lapidi impositam vult in *Arte Magnet.* sed opus est ut melior sit experimenti successus, quam Cl. *Oleario* accidit qui levem admodum motum in pluribus plane nullum observavit, in *Mus. Gottdorff.* p. 65. Ferunt illum in cubiculo suspensum, araneos aliaque animalia venenata abigere, quod experientia edoctus *Wormius* falsum deprehendit; ejusdem veritatis, quod gestanti victoriam conciliare credatur hinc Germanis Sieg-Stein/ quam fabulam false exagitat Exc. *Valent. in Mus. Mus. P. II.* p. 13. *Vires* huic lapidi plures assignantur, sed ejusdem veritatis sunt, ac *Marsilii Ficini* assertum, qui lapidem hunc *Draconitem* dictum censet, quod ex Draconis capite eximatur. Vid. *Boetius a Boot.* L. II, 145. seqq. Elegantissimum *Astroitem* reperit optimus *Parens* ad Regnesi et Pegnesi confluentiam, marmoreae duritiei, ab Exc. *Baiero* in *Oryctogr. Noric.* p. 42. descript.

Succedit in Tabula *ASTROITES UNDULATUS* et *STELLATUS*. Quatuor enim *Astroitum* genera statuit *Boëtius a Boot*, unum qui exacte formatas stellas refert, qualis est quem modo descripsimus et hic stellatus, qui a priori nonnisi magnitudine et figura differt; *alterum* quod undarum et vermium gyros referat, undulatus inde dictus; de *reliquis duobus* quorum unum genus rosas, alterum, quod confuse et obscure maculas potius, quam praedictas figuras ostendere creditur, cum ab Auctore nostro non exhibeantur, silentio quoque praeterimus. Confer. de his Astroitibus Exc. *Scheuchzerum* in *Lithogr. Helv. curios.* p. 36. seqq. et *R. P. Boccone, observat. Naturell.* cujus tamen Astroites undulatus et tubularis majoribus stellis maxime a nostratibus differt, et alio loco a nobis explicandus. *Astroites* hos lapides *Asterias* nominat Excell. *Welschius Hecatost. I.* p. 16.

Astroitibus sive potius *Astriis* jungimus *ASTERIAM* veram fissilem, qui lapis e mente *Bootii* potius nomen stellaris meretur, quam praecedentes, constant autem ex tessellis pluscul is utplurimum novem ad decem tranversim sibimet arcte incumbentibus, ita concinne junctis

et

et aptatis, ut nullus artifex melius jungere potuisset, separari autem facile a se possunt; hinc *Asteros sphragis* Gesnero vocantur. Sunt autem tessellae istae, ut e figura ab *Auctore* nostro expressa patet, planae, utcunque angulosae, superne ac inferne insculptae veluti stellulis quinque radiorum. Conf. de his *Bauhin. in Baln. Bollens.* c. 1. p. 31. *Lachmund. Oryctogr. Hildes.* imprimis Exc. *Majorem Memorial. obs. III.* §. 13. *de Foss. Litt. Kilion. Worm. Mus.* p. 69. Exc. *Welschius* rariores *Asterias* entrocho similes exhibet Hecatost. I. p. 16. De Asteria Gemma dissert. conscripsit Hentschelius Witteb. 1662.

ENTROCHI figura Germanice Räder-Stein sequitur, et proprie est trochitarum plurimarum conjunctio, conjunguntur autem invicem suprapositi tam eleganter, ut arte videatur conjunctio facta. Nam radii unius, alterius striis inseruntur, quemadmodum in commissuris cranii humani videre licet, interdum viginti hoc modo committuntur. Trochitas autem separatos quod attinet, obtinuere nomen, quia rotae aut Horologii in horas divisi figuram refert; pars ejus rotunda laevis est, utraque vero plana habet modiolum, a quo ut in rotis fieri solet, radii eminentes ad extimam orbis partem ita procedunt, ut inter illos striae fiant. Quod si trochitae in Entrocho sibi super impositae sint longiores, *Entrochi columnares*, sive ut Imperatus exprimit Italice *Colonnette*, dicuntur. Exc. *Scheuchzerus* in *Spec. Lithogr. Helv.* p. 2. *Asteriam columnarem Entrocho similem* exhibet. Germ. dicitur quoque Spangen-Stein/ cujus nominis Etymon rimatur Exc. *Valent. Mus. Mus.* T. II. p. 17. e consultissimi *WVinkelmanni Chronica Hassiaca*, quippe arci Spangenberg, a multitudine lapidum inibi reperibilium, ab his lapidibus nomen datum fuisse credit, quod et olim jam *Boëtius a Boot*, meminit in *Lap. et Gem. Histor.* Libr. II. c. 127.

Quem *TROCHITEM* Auctor noster nominat, nihil minus quam Trochites est, et Germanicum nomen adjunctum satis explicat, nil aliud esse nisi *Tofum* sive Tophum, lapidem nempe asperum, facile in arenam resolubilem. Vid. *Gesnerus* de Fig. lap. p. 33.

Supersunt in Tabula adhuc explicandi *JVDAICI LAPIDES*, qui cum Trochitis magnam cognationem habere dicuntur. Variis insigniuntur nominibus, et quidem *Judaici*, quod olim utplurimum in Syria et Judaea reperiebantur: a Plinio Encroës vocatur, quod Vrinam fluere faciat, et *Tecolithos*, quod calculum resolvat. Vt nomine variat, sic et figura, ut ex Tabula nostra patet; qui instar glandis et balani est, *Phoenicites*, qui instar nuclei Olivae, *Pyrenes*, qui instar spinae echini marini, a quibusdam *echinites* appellatur. Sunt autem omnes cinerei exterius fere coloris, oblongiusculi striis multis et inaequalibus a basi in apicem dotati, ac si arte tornefacti essent. Meminit hujus lapidis jam *Aëtius Amidenus* Obsequii Comes Libr. 2. *Tetrabibl.* cap. 19. et ad calculum renum efficacem pronuntiat. Aliqui distinguunt sexum, et minores foeminas, majores masculos arbitrantur, illos vesicae lapidem

fun-

fundere, hos lapides Renum expellere judicant. Hinc Poëta de illis:

Salve Arabum mare, Tecolithum mortalibus aegris
Largitum ad morbos nobile praesidium.

Confer *Petr. And. Matthiol.* in *Dioscorid.* Libr. V. cap. V. *Gesner.* de *Figur. Lapid.* p. 128. *Boetium a Boot* p. 408. seq. *Caesalp. de Metall. Lib.* 2. c. 45. *Ambros. Mus. Metall. Aldrovand.* p. 711. Hist. Nat. *Ferr. Imper.* p. 576. *Mus. Worm.* p. 69. Lapides Judaicos ferreos exhibent *Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. VIII. Observ.* 149. p. 322. Exc. *Beier. Oryctogr. Nor.* p. 44.

TAB. XXXVI.


SEMINA ANISI ET FOENICULI LAPIDE INCRUSTATA, sunt illa elegans *Stalactites* species, quae *Tivali* in *Italiae* agro Romano repertu datur; cumque inaequalis ac variae figurae, tam exacte semina saccharo obducta ac incrustata refert, ut iis fallere multos liceat; quocirca et nomen hoc apud Italos obtinuit, ut *Confetti de Tivoli* vocent. Substantia est non usque adeo dura, et ex ea optimam calcem conficiunt accolae aedificiis idoneam. Lapidea haec seminum Anisi et Foeniculi confectio describitur pariter in *Mus. Societ. Reg. Angl.* P. III. c. V. p. 296. sub nomine *Small Tibuline Sugar-Plum*, additque Exc. *Nehem. Grew*: *Besler figures several of these under the Name of petrify'd Anise seeds, Fenil seeds &c. &c.* Vid. quoque *Mus. Worm.* p. 52. et Exc. *Valent. Mus. Museorum* P. II. p. 11. *Cl. Behrens in Hercyn. curios.* pag. 19. ubi cryptam parvam, lapidea hac confectione refertam, in antro Baumanniano recenset.


COCHLEA CYLINDROIDES in lapidem conversa, est *Cochlites cylindroides sive pyramidalis Excell. Langii in Histor. Lap. Figur.* p. 112. qui figura sua praefert Cochleam Cylindroidem Rondeletii, e qua nomen quoque habet. Haec a figura cylindro proxima cylindroides vocatur vel etiam pyramidalis, quia pyri modo turbinata est. Os proxime a basi, seu a spiris, vel in se convolutis, vel parum productis incipit, et usque ad alteram extremitatem extenditur, quae a potiori in acumen desinit, et frequentius in figuram cono alicui aut pyramidi similem.


Quos *FRUCTUS PINEAE LAPIDEOS* recenset Auctor, melius conveniunt, quam quos Tab. sequenti sub nomine *Nuclei pinei* delineavit, quosque melius *radiolo cucumerino* Ill. *Luydii* convenire credimus.

FRUCTUS CUBEBARUM LAPIDEI sunt quoque stalagmitae Bellariis similes, majores Exc. *Langii Histor. Lap.* p. 31. et nascuntur ut stalactites ex Aqua non adeo depurata, in parva subrotunda cor-

T. XXXVI.



Confect: sem: Anisiet
Lap. incrustat.


Cochlea Cylendroid. in
Lapid: convers.



Rhabarbarum in Lapid:
convers:


T. XXXVI.

LAPIDES.




























pora, ſemina ſaccharo albiſſimo obducta non inepte mentientia, concreſcente, et inter illa pariter, quae vulgo *Confetti di Tivoli* dicuntur, uti modo innuimus, recenſenda, eruntque fructus hi cubebarum lapidei ſtalagmites bellaria ſubrotunda aſpera referens. In Muſeo *Societatis Regiae Angl.* p. 296. vocatur: *a Great Tibuline ſugar Plum.* Dantur quoque *cubebae ferreae. Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. II. Ann. VIII.

AMYGDALA IN LAPIDEM CONVERSA ad lapides bellaria mentientes referenda, et *Amygdaloides* dicendi. Nobiliſſ. *Mylius* in *Memorabilibus Saxon. ſubterr.* Relat. V. plura de his amygdaliformibus lapidibus in ſaxis non procul Zwiccavia et pago Wilckau repertis refert, horumque hiſtoriam e *Boetio a Boot* et *Gesnero* illuſtrat. Confer. quoque Excell. *Valentini*, qui in *Muſ. Muſeor. Part. II.* p. 19. ſe lapidem Amygdaloidem, illis qui cinnamomo obducuntur, et Zimmet-Mandeln dicuntur, per omnia ſimilem poſſidere ſcribit. In *Muſ. Societat. Regiae Angl.* p. 266. vocantur *petrified Almonds*, et *Beslerus* noſter citatur.

LAPIS CRINATUS Pyritae ſpecies et quidem illa, cujus Geſnerus meminit de Fig. lapid. cap. XII. p. 1406. pilos referentis, aut βοστρύχους h. e. cirrhos, cincinnos vel plexos mulierum crines.

EXUVIAE SERPENTIS LAPIDEAE a *Muſei Regii Anglicani* Excellentiſſimo *Auctore*, citato *Beslero* noſtro, *fiſtulari Alcyonio*, ſive *Ferrant. Imperati vermibus marinis petrefactis*, Italice *Vermi marini impetriti* accenſentur.

RHABARBARUM LAPIDEUM illud nomen non niſi colore Rhabarbari meretur, cum ſtructura plurimum a radice illa Sinenſi, in officinis noſtris pharmacevticis uſitata, differat.

LAPIS MARGARITIFER, conchites eſt margaritifer ab *Ambroſino in Muſ. Metall. Aldrovand.* deſcriptus. Quamplurima fruſta horum lapidum nobis e Montibus Alzeyenſibus ab Excell. *Geyero* deſcriptis afferuntur, et juſtae magnitudinis ſunt cum *Beriberi Indorum* ſive *concha margaritifera* ab Illuſtr. *Liſtero* in *Exercit. Anatom. 3. Conchyl. bivalv.* Tab. IX. depicta, et in regio opere *Hiſtor. Conchyl.* n. 221. 222. repetita.

PISA MAJORA LAPIDEA ſunt *Piſa* Thermarum *Carolinarum*, quae Piſis magnitudine, et forma ſimilia. Stein-Erbſen dicta a *Kentmann. in Catalog. Rer. foſſil.* Tit. VI. §. 24. p. 38. *Muſeum Regium Anglicum* quoque memorat, et noſtris ſimilia pronuntiat; apparet in nonnnullis armatura quoque ferrea. *Vid. Ephem. Nat. Curioſ.* Dec. II. *Ann. VIII. obſerv. CXLIX.* Plura non addo, cum horum *piſorum* injecta mentio, ubi de *Piſolithis*, Tab. praecedenti.

SEMINA LUPINI LAPIDEA nihil aliud ſunt, quam *Stalagmites bellaria laevia majora referentes* Excell. *Langii* in *Hiſt. lapid.* quorum jam aliquoties hac in Tabula facta mentio, et his Tabulam claudimus, quibus initium factum.

TAB. XXXVII.

PRiores *quatuor lapides* fructus exhibent in lapideam duritiem concretos. Sic e *MYROBALANORUM* genere *unus* comparet, cui vix similem in Museis quis reperiet; sicut et *PIPER LONGUM LAPIDEUM*, vegetabile exacte referens. *OLIVA* et *NUCLEUS PINI LAPIDEUS*, antiqui *Lapidibus Judaicis* annumerarunt, sive ad *balanites et glandarios*, sed minus recte et exacte, ceu tabula praecedenti innuimus. *LAPIDEAM OLIVAM* quod concernit, assimilari poterit commode illi lapidi, quem Excell. *Beyerus Oryctogr. Noric.* p. 45. exhibet, vel *Pyrenae* in *Mus. Worm.* p. 69. In *Mus. Societ. Reg. P. III.* cap. 2. p. 267. haec leguntur: *Besler two or three Stones Somewhat like this, which he calls Petrisy'd Olives.*

NUCLEUM PINI LAPIDEUM ad radiolum cucumerinum *Luydii* reducendum modo diximus, qui insuper apice acuminato singularis est, quales nondum *Cl. Langio in Histor. Lap. figur.* visi.

LAPIS STELLA MARINA INSIGNITUS e rarioribus Museorum est. Exhibet quidem *Ambrosinus in Museo Metallico Aldrovandi Echinitem forma Stellari* pulcherrimum, cum nostro tamen non comparandum, in illo enim anguli plane obtusi, cum in nostro sint acutissimi; Stellae marinae per omnia similis est, nisi quod radii inaequales, inferiores enim superioribus breviores.

HYSTEROLITHOS spadicei coloris, potius *Lithocardites* nominandus, cum *Hysterolithos* proprie lapidem denotet, qui pudendum muliebre figura sua repraesentat, a quo noster plane diversus. Convenit melius cum *Bucardite* n. 2. ab *Aldrovando Mus. Metallic.* p. 479. delineato, vel cum Bucardite Excell. *Langii in Hist. Lap. Fig. Helvet. Tab. XL.* n. 4. Excell. *Baier Oryctogr.* p. 76.


HYSTEROPETRA subalba major ad *Bucardites* potius referenda quam ad *Hysterolithon*, differt tamen a reliquis Bucarditis interna concavitate, et concharum valvis convexis; quoad colorem convenit cum *Bucardite Wormii* in *Museo* p. 81. Cor utrumque, non tamen exacte referens. In *Museo Reg. Societat. Angl.* Bucardites quoque noster refertur, additurque: *Figur'd by Besler with the name of Histerapetra.*

AMMONIS CORNU PYRITI adhaerens, quale illud a *Bauhino* in *Balneo Bollensi* Libr. IV. p. 15. 16. descriptum.


LAPIS NIGRICANS ROTUNDUS ALBIS MACULIS. Nisi omnia me fallunt, crederem hunc esse *VARIOLATUM* fuse ab *Ambrosino in Mus. Metall. Aldrovandi* Libr. IV. p. 882. seqq. descriptum; vel *Variolitem Lucernensium* nigrum variolis seu pustulis albescentibus insignitum apud *Cl. Langium Hist. Lap. Fig. Helv. Libr.* 2. c. V. pag. 40.

OCU-


Myrobalanus *Lapid:*



Hysteralithis minor
Spadicei Col:




Lapis Nigricans rotund: alb
maculis




LAPIDES.

Mÿrobalanus *Lapid:*



Piper Long: Lap




Oliua Lap:



Nucleūs Piniæ
Steinen pinien Nüßlin




Stella marina
Steinerer Meerstern.



Hÿsteralithis minor
Spadicei Col:




Hÿsterapetra subalba
maior.




Amonis Cornū adhærens
Pÿriti




Lapis Nigricans rotūnd: alb
macutis



Oculus Vitūlinūs



Lapis: Vermiculat ūs







LAPIDES T. XXXVIII.
























OCVLVS VITVLINVS videtur esse *Leucophthalmus* sive potius Lycophthalmos Plinii a Gesnero de Fig. Lap. p. 144. et 156. descriptus, colorem enim habet rutilum, et in medio nigricante, gryseo et albicante cingitur. Vid. *Erasm. Stell. in libell. de Gemm.* P. IV. cap. 6.

LAPIS VERMICVLATVS *Auctoris* nostri, nullam plane similitudinem et convenientiam habet cum lapidibus vermiculatis, ab Auctoribus Lithographicis descriptis; nihil enim illi commune cum tubulatis vermicularibus *Cl. Langii*; sed lapis est siliceae quodammodo substantiae, cavitates intus exhibens, nidis, in quibus vermes exclusi, non absimiles. Si conjecturae locus, forte terra est, in qua *Vermes Melitenses petrefacti*, de quibus *Wormius in Museo* Libr. I. Sect. II. cap. 13. p. 90. vel silici Moeskirchensi verminoso analogus, cujus meminit Exc. *Welschius Hecatost. I.* observ. 48.

TAB. XXXVIII.

GLOSSOPETRAS variae magnitudinis exhibet Auctor, quos aptius ad *Odontopetras* referri et nominari credit Excell. *Langius Hist. Lap. Fig. Helv.* L. III. c. 1. p. 49. Multum differunt a Linguis Picae avis et serpentum, quae non triquetrae, sed teretes et bifidae, planeque ab his Glossopetris abludunt; hinc *odontopetras* has Exc. *Luydius* dividit in *incisores* et *molares*; per *incisores* intelligit dentes magis acuminatos, et eos *Ichthyodontes* cuspitatos appellat: per *molares* vero magis obtusos, et eos *Ichthyodontes Scutellatos* nominat. Ex nomine *Ichthyodontum* apparet, ab Exc. *Luydio*, ut et ab aliis plurimis, lapides hos pro dentibus *Canis Carchariae* et *Lamiae* Piscis haberi, id quod πὺξ καὶ λὰξ defendit ingeniosissimus *Stenonius in Anat. Capitis Carchariae* Piscis; quam opinionem destruère conatur Cl. *Reiskius* in *Dissert. de Glossopetris Lüneburgensibus.* Variant autem *Odontopetrae* magnitudine figuraque, prout etiam pisces diversis dentibus muniuntur; nec minus coloris differentia. Monstrosas et rarissimas in Lib. *Joh. Laet de Gemm. et Lapid.* videre licet. Nec in Italia solum, ubi Lamiarum copia, sed et in Germaniae nostrae Provinciis passim proveniunt, ut non opus sit ad *Melitenses* tantum recurrere. Sic de *Alzeyensibus et Flonsheimensib. Geyerus*, de *Mansfeldicis Alberti*, de *Luneburgensibus Reiskius*; de *Querfurtensibus Buttnerus*; de *Helveticis Langius*, de *Holsaticis Major*, de aliis alii passim. *Vsum Medicum* e pluribus breviter contraxit Cl. *Langius Conser.* prae aliis plurimis Exc. *Scheuchzerus* in *Piscium querel. et vindic.* p. 17. 18. seqq.

LAPIS FORMA CORDIS sive *Cardites* minime ad *Bucardites* referri potest. Vid. *Mus. Fern. Imperati*, qui primus eum descripsit; nec convenit cum silice *Bucardite Aldrovandi*, nec cum *silice cardite Scheuchzeri in Specim. lithogr. Helvet.* in quo ventriculi bini cordis, eo-

rumque figura satis apte discriminantur; sed siliceus lapis, aliud quid potius quam *Cor* referens.

LAPIS LYDIVS, IN QVO CRVX ALBA. *Stavrolithos* sive *crucifer lapis*, a crucigeris lapidibus, qui viginti milliaribus a Fano divi Jacobi Compostellae dicto eruuntur, et ab *Ambrosino in Museo Metall. Aldrovandi* describuntur, multum distans, cum enim (1) omnes hi lapides per transversum secti, figuram cordis ostendant, (2) lapides molles sint; noster hic *Stavrolithos e genere lydiorum* duritiei extremae est, cui crux tantum in superficie impressa, coloris albicantis in lapide nigro. Quoad duritiem melius conveniret cum *Silice Stavrophoro* ab eodem *Ambrosin. Mus. Metall. Aldrovand.* p. 735. n. 2. descripto. An illis lapidibus noster hic similis? qui in regno *Chilensi* in exiguo flumine, *Flaragvete* ab incolis dicto, prope oppidum de *Petegvelea* inveniuntur, signo crucis signati. Figura equidem irregularis est, sed ubi crux visitur, ovalis; formatur ea per intersectionem rectangularem diametri majoris et minoris, atque sanguinis instar rubet. Vid. *Journal des observ. Physiqu. Mathem. et Botaniqv. du R. P. Louis Feuille*, quibus continentur Observationes Physicae et Botanicae ac Mathematicae, jussu Regis Galliarum in America Meridionali et India Orientali ab An. 1707. usque ad An. 1712. factae.


MARMOR, IN QVO CRVX, convenit quodammodo cum silice *Stavrophoro* ab *Ambrosino* descripto, qui expressam quoque a natura crucem ferebat, et marmoris instar radiabat. Coloris tantum ratione differt, cum *Aldrovandinus* silex viridi et obscuro colore insignitus cum cruce coloris herbacei, cum in nostro lapis albescat, et crucem includat quoad infernam partem nigram, quoad supernam cineream.


LAPIDES HERBIPOLENSES, quorum unus figuram Zingiberis, alter Stalactiten repraesentat, siliceae sunt duritiei, naturaeque lusus non adeo admirandi.

LAPIS VNDVLATVS CVM SILICE nil aliud esse videtur, quam species *Ostracitis Silicei undati rugosi* a Cl. *Langio in Historia Lapidum Helvet.* Lib. 6. cap. 10. p. 150. descripti. Vid. *Lachmund. Oryctogr. Hildesheim.* c. II. p. 32.

TAB. XXXIX.


Continet utplurimum Lapides e *regno Animali* desumptos. Et quidem quos Auctor LAPIDES ASELLORVM MAJORES nominat, apte conveniunt cum Lapidibus *Corvuli et Vmbrae* Piscis, a Cl. *Ambrosino in Mus. Aldrovand. Metallic.* p. 796. descriptis et depictis; sunt enim gibbosi juxta partem exteriorem, habentesque tuberculum in medio cum appendice. Hos Lapillos sub nomine *Lapidum Manati* Amsterodamo missos accepit solertissimus Pharmacopaeus *Dietericus*, in substantia cerebri repertos, ideoque plane differentes a *lapide isto*



Lap: Asellorũm maior



Lap: Bezoar Orient



Echinites.
Lap: ex Canero.
Lap: ex stomacho gallinæ
Ale

LAPIDES.





































Chclidoniūs.

isto Manati, sive osse ad Auditum spectante, quod hoc sub nomine in Museis et officinis Pharmacevticis prostat. Quod Lapidum istorum efficaciam concernit, vulgo dictum lapidem Manati si non superare, aequare certe visi sunt optimo *Parenti*, qui aliquoties eos felicissimo cum successu in coërcendis Sanguinis fluxibus exhibuit. Tales quoque lapides in *Asellis majoribus*, vulgo *Cabeliaw* dictis, repertos fuisse, nullum dubium, cum Exc. *Welschius* scripserit *Hecatost. I.* obs. 28. *Nullum hucusque Piscium genus in ejus manus venisse, in quo, si copia daretur, discerpto capite praeter ossium lapides etiam lapillos veros non repererit.*

LAPIDES ASELLORVM MINORVM sunt lapilli Piscis maris Balthici Accolis *Dorsch* dicti, candidi, oblongi, incurvi, laeves, sed in limbo utrinque pulcerrime crenati, circa basin Cerebri obvii, teste Excell. *Major. in Memorial. Anat. observ. V. de Animal. Littor. Kilon.* § 7. Minimi autem lapilli sunt *Percae* piscis in Officinis Pharmacevticis notissimi.

LAPIS E FELLE TAVRI e majoribus est, qui extrahuntur, nec cum illis convenit in *Museo Aldrovandino ab Ambrosin.* L. IV. p. 790. delineatis, quibus ut plurimum in vesicula fellis humani reperti similiores, quos adumbravit *in Lithogenes.* sive de *Microcosmi membr. petrefact.* cap. X. p. 21. *J. G. Schenkius a Grafenberg. Sylvaticus* lapidem hunc *Majatium* interpretatur. Quae *Bellonius* hoc de lapide annotavit, illum apud Turcas maximo haberi in pretio, ac Arabice *Hazaczi* ab *Avicenna* vocari et commendari, ac ab Judaeis Orientalibus morbo regio obnoxiis ceu praesentissimum remedium exhiberi, experientia quoque apud nos confirmat. Vid. prae aliis plurimis, qui lapidis hujus meminere, solertissimus *Welschius Hecatost. I.* p. 116.

De LAPIDIBVS BEZOAR post Cl. *Sylvaticum, Bauhinum* et *Deusingium*, qui tractatibus integris, et *Rolfinkium* ac Cl. *Vesti*, qui dissertationibus Academicis peculiaribus, et hic quidem *Erfurti* Anno 1707, ille *Jenae*, 1675. luci publicae exposuere, cui *Laur. Catelani* quoque libellus e Gallica in Germanicam Linguam translatus addi potest, nil nobis superest, quam ut rem omnibus notam breviuscule delineemus: *Lapidem Bezoar Orientalem* esse substantiam lapideam foris splendidam, glabram, quasi laevigatam, coloris foris atro virentis, interdum dilutius virentis pallescentis, intus obscure cinerei; forma modo rotunda, modo oblonga, tereti, vel ovali, magnitudinis variae, compacta e plurimis lamellis instar caeparum sibi invicem incumbentibus, ostendens in meditullio cavitatem notabilem continentem paleas, pilos, fibrillas aliaque similia, nata in sacculo peculiari ventriculi Gazellae Indicae cornibus rectis nigris longissimis prope caput annulatis, Tab. X. a nobis descriptis, odoris nullius evidentis.

LAPIDES BEZOARDICI OCCIDENTALES sunt substantia lapidea Orientalibus fragilior et laxior, foris scabra et minus laevigata, coloris modo ex viridi nigricantis, modo cinerei, instar caeparum pari-

ter tunicata, forma utplurimum rotunda, interdum quoque, uti e figura Auctoris patet, ovali et oblongiuscula, magnitudine varia, res heterogeneas in meditullio continens, nata in sacculo peculiari, optime ab αὐτόπτα *Pomet l'Histoire gener. des Drogues* descripto, ventriculi Animalis Bezoardici occidentalis *Vicuniras* sive *Toraguas Acostae, Teuthlama came Hernandez, Cuguacu Pisoni Marggravioque* dicti. Quamvis Exc. *Hermanno* teste, hoc proprium in India Occidentali, quod vix animal reperiatur, in quo non generentur Lapilli tales, omnesque hoc nomine ad nos deferantur. Sic Cl. *Rumphius* palmam inter Bezoardicos lapides tribuit illis, qui e simiis Borneae majoribus colliguntur, *Culiga Kaka* dictis. Lusitanis *Pedra vel Culiga de Buzio.* Vid. ejus Mus. Amboin. Libr. II. Art. LV. Horum Lapidum jam ante *Rumphium* descriptionem dedit *Magnific. Nat. Curios. Praeses Volkammer.* Ephem. Nat. Curios. Dec. II. Ann. II. observ. 189. p. 410. Cum merx haec plurimis mangoniis exponatur, cautelis opus, quas optime exposuit Exc. *Valent. Mus. Museorum Tom. I. p. 426.*

LAPIS TVBERONVM vel potius TIBVRONVM sive Canis Carchariae aut Lamiae Auctoris nostri plane dissimilis illi, ab *Ambrosino in Mus. Metall. Aldrov.* Lib. IV. c. 58. p. 797. exhibito. Quoad substantiam hic noster non dissimilis *Lapidi Manati*, quem eundem cum Tiburonum lapide censuit olim diligentissimus *Clusius.* vid. *Worm.* in *Mus.* cap. VIII. p. 58. ideo refutatus ab Exc. *Stahlio Dissert. de Lap. Manati*, qui differentiam amborum lapidum curiosissime, uti solet vir πολυμαθέστατος, rimatus est, ususque medicos addidit.

SCOLOPENDRITES et ECHINITES non nisi magnitudine differunt; Et quidem *Scolopendrites* Auctoris convenit cum *echinite siliceo fastigiato Excell. Listeri* de *Cochl. Angl.* p. 219. Meminit hujus lapidis illustr. *Grew* in *Mus. Societ. Reg. Anglic.* P. III. p. 260. *Besler figures a small Conick Helmet by the name of Echinites: a greatone, by that of Scolopendrites.*

ECHINITES quod concernit, sunt illi secundum Exc. *Beierum* e Classe *univalvium testaceorum helicibus carentium, figurae utplurimum subrotundae*, quos illustr. *Luydius* apposite nuncupat *fibulares*, propter formam glomerulo vestiario (ein Knopff) accedentem, dividunturque in *papillosos* et *suturis aut sulcis lineisve* ornatos, quibus Auctoris nostri accensendi.

OVVM ANGVINVM, ad *Brontiam* sive *Ombriam* a nonnullis relatum, est Echinites pariter orbiculatus depressus siliceus, ab *Excell. Listero* p. 220. descriptus. Ovum hoc anguinum Nobiliss. *Luydio Lithophyl. Britann.* p. 100. vocatur echinites maximus laticlavius. Rarissimi hi lapides in Britannia integri inveniuntur, at fragmenta satis elegantia circa Oxonium saepius occurrunt. De Vsu medico hujus lapidis varia *Olear. in Mus. Gottdorff.* p. 32. seqq. Qui victoriam sibi ex hoc lapide pollicentur

tur. Ensis capulo conjungi curant. Rusticae Danae contra incantationem vasis lacteis apponunt.

BATRACHOIDES vel *Crapodini* vulgo dicti lapides, quorum capitibus contineri multis persuasum. Auctor noster duas species exhibet, a *Gesnero* quoque de *Figur. Lap. Cap. XIII.* pag. 161. b. descriptas. Rotundus intus cavus, foris convexus, coloris albescentis ad subcinereum tendentis; alter major et oblongior; addit *Gesnerus* lapidem posteriorem et rariorem vocari quoque *Ophitem*, Schlangen-Stein oder grossen Kröten-Stein. *Aldrovando* dicitur *Batrachites Orientalis* figurae ovalis et oblongae, quem in Museo Metallico, nostro plane similem delineat. *Mus. Metall. Libr. IV. cap. 60.* p. 814. Citatur *Auctoris* nostri figura in *Mus. Societ. Reg. pag. 299. Besler figures this, with the Name of Batrachoides.* Plura de hoc lapide in Cl. *Libavii singularibus.* P. IV. et quidem *Batrach.* L. II. cap. 23. et Exc. *Paullini* in Bufone: Sect. III. cap. 3, p. 20. seqq. *Baldneus in descript. orae Malabar. Coromandel et Ceylon. p. 162.*

CHELIDONII LAPIDES ab *Auctore* nostro delineati, plane differunt a lapide Chelidonio Cl. *Wormii*, qui lapillus est perexiguus, magnitudine seminis Lini, sed figurae hemisphaericae, coloris obscure lutei splendentis parte convexa et rotund ore, purpureo et nigricante parte sessili; hunc in ventriculis hirundinum inveniri fama fert. Ad normam *Wormiani* pariter delineat Exc. *Langius Hist. figur. Lap. Helv. Libr. V. cap. V. p. 115. Tab. L.* Nulla plane lapidum similitudo cum nostris, nisi cum *Aldrovando* distinguere velis inter lapides *Chelidonios fossiles* et *animales.* Lucem majorem praebet Excell. *Welschius* Hecatost. I. pag. 74. qui hac in re consulendus. Cl. *Sachs. Gammarol.* pag. 306.

CARPIONUM sive Cyprinorum LAPIS, proprie non lapis, sed triquetra cartilago coloris subflavi mollis, nec caeteris hactenus descriptis duritie respondens; modo laudatus *Welschius* ossa lapidescentia pronuntiat, qua spina capiti connectitur acetabulo imposita, adeoque dentis vertebralis in homine similitudinem gerentis. Genuinos vero lapillos geminos exiguos planos albosque cuivis in cerebro cyprinorum inquirenti obvios fieri, scribit *Hecatost. I.* n. 28. De viribus medicis hujus lapidis Vid. *Worm. in Mus. Exc. Sachs. Gammarol.* p. 307.

ALECTORIUS LAPIS similis ferme Calceolariano, quem a J. B. Porta ceu donum accepit, licet non satis accurate triangularis existat; nec constat, an in ingluvie, an in Jecore repertus sit. Marbodaei versus de hoc lapide recitat *Ambrosinus in Mus. Metall. Aldrovand. LAPIDEM E STOMACHO GALLINAE* pro silice devorato et in stomacho polito habemus.

LAPIDES EX CANCRIS melius vocantur, quam *oculi cancrorum*, sunt enim proprie lapilli crustacei, duri albicantes glabri orbiculati, diversae magnitudinis, una parte compressi et sinuati, altera convexi,

nati utrinque unus, in ventriculo Astaci fluviatilis, saporis et odoris nullius evidentis. Licet omnibus noti sint hi lapilli, non tamen omnibus eorum est ortus. Vtplurimum Mense Junio et Julio languere et aegrotare incipiunt hi astaci, cumque non nutriantur, exanimantur fere, et in eorum ventriculo tunc reperitur materia quaedam lactea, quaequae sensim post aliquot dies concrescit in lapillos, qui deinde sensim iterum consumuntur, et ut probabile est, in restaurationem cedunt, exuvias enim tum reponunt et resumunt; haec *Excell. Hermannus.* Fusius ista ex Viri incomparabilis *Wepferi* observatione explicat, diligentissimus *Sachsius in Gammarolog.* qui omnia, quae de lapillis his dici possunt, congessit.

TAB. XL.

CVm Tabula XXVII. occasione *Androsaces LAPIDIS FVNGIFERI* et *Fungimappae* injecta fuerit mentio, immortalisque Gloriae *Severinus*, Epistolam de *Lapide Fungifero* nomini Celeb. *Mich. Ruperti Besleri* inscripserit, quam Cl. *Carolus Avantius*, *Baptistae Fierae Coenae notis illustratae* adjunxit, liberque hic inter rarissimos nunc esse coeperit, consultum duximus rariora hujus epistolae, relicta luculenta *Severini de Tuberum natura et generatione* digressione, excerpere, aliisque ad *lapidem fungiferum* spectantibus, ex aliis Auctoribus supplere. Tam oppido obscuram, tamque retrusam naturam nactus est lapis, quem vulgo fungiferum appellant, ut ne etiam nomen unum apud omnes retinuerit, aut ad unum tantum genus relatus fuerit. Aliis nempe volentibus, *Lyncurium*, aliis *Electrum* aliis *Tuber Fungarium.* An *veteres* hujusmodi Fungorum cognitionem ullam habuerint, non facile erit determinare. *Theophrastus* quidem Hist. Plant. l. 4. c. 8. in mari Erythraeo fungos nasci tradit: qui sole tacti ἀπολιθοῦνται *lapidescant*; quales et nos quoque in rarioribus Beslerianis exhibuimus. At e lapide fungos prodire, non dum se legisse meminit *Cl. Avantius.* Quod enim scribit *Hermolaus Barbarus*, Coroll. 698. esse ubi *Plinius* hoc innuerit, modo laudatus Avantius certe in auctore illo, quem non perfunctorie se legisse profitetur, nihil tale observasse scribit. *Matthaeus Sylvaticus* equidem in *Pandectis* cap 447. *Evacis* mentionem injicit, qui hujus lapidis Lyncis, meminisse fertur, sed hunc *Evacem*, Arabum Regem Neroni familiarem, legitimum scripti Auctorem fuisse, eruditi omnes dubitant. Quid vero si de his loquatur *Aristeas* apud *Athenaeum?* μύκαισι δ' ὀρέχθει τὸ λαΐνον πέδον. *Fungos concupiscit lapidosus ager.* E primis qui *lapidis* hujus Fungiferi *meminere*, erit *Baptista Fiera Mantuanus*, in Caena. De *Matthaeo Sylvatico Pandectario* modo diximus, ut et de *Hermolao Barbaro.* Meminit pariter hujus lapidis *Andr. Caesalpinus de Metall.* c. 25. *Julius Caes. Scaliger* in Cardan. de Subtil. Exerc. 87. *Petr. Andr. Matthiol.* Comment. 78. l. 4. in Diosc. *Vlstad. lib. de sensib.* c. 33. J. B. *Porta Villae lib.* 10. *et Phytognom.* l. 6. c. 26. *Ferdinand. Imperatus*

cap.







Fig.VI.

Fig.III




Fig.VI.


Fig.II.


Fig.I.



Fig.VI.


Fig.VIII.


Fig.VII.


Fig.III.


Fig.V.

cap. V. et VI. *Clusius Tract. de Fungis, Sterrebekk, Theatr. Fungor.* fusiusque his de fungis eorumque natura et generatione se tractaturum promisit *Cl. Avantius* in *Paraleipomenis Botanicis.* Esse autem lapidem Fungiferum, de quo nobis sermo, legitimum Lyncurium, si modo unquam in rerum natura exstitit, minime probari ullis potest argumentis; quis enim teste *Severino* et *Avantio* sibi persuaserit, e Lyncis animalis non valde magni lotio, lapides centum et interdum plurium librarum excrescere; quibus adde hujusmodi lapides effodi pluribus Regni Neapolitani Tractibus, in quibus nullos nasci Lynces apud omnes in confesso est. Si quid igitur in hisce vulgi ineptiis conjicere licet, existimat toties laudatus *Avantius*, id nominis Lapidi factum esse, quod optimae notae effodiantur ad Collem Pardi, ditionis Procerum Columnensium, unde celebratissimae Anticoli aquae derivantur; atque ex natali loco primum *Lapides collis Pardi* appellatos fuisse; inde vero sciolum quempiam ex *Pardo Lyncem*, et ex *Lynce* demum *Lyncurii* nomen ineptissime effinxisse; vel quia fungi ex eo prodeuntes, crebris illis, quibus sunt sparsi, maculis, maculati tergora Lyncis quodammodo referre videantur. *Est autem Lapis* hic ex *Avantii* descriptione, qui a *Tobia Aldino* illum dono accepit, *magnitudine bubuli capitis*, cujus etiam figuram non inconcinne referre dicitur, (quamvis figura variet, nec enim ille, quem Excell. Volkamerus e Neapolitano obtinuit Regno, hujus figurae,) *superficie aspera, rugosa, rimis nonnullis hiulca; colore partim intense nigro, partim dilutiore, et ad cinereum vergente; substantia porosa, pumici non absimili, longe vero ponderosiori; quae et silicis frustula quandoqve inserta habet, ut connatum esse videatur, argumento quidem non levi, lapides istos e lento ac glutinoso terrae succo, et adjacens quidlibet inviscante coalescere. Hic pingui terra modice tectus, et tepida subinde conspersus, Fungos fert svavissimos.* Illorum generationem aut si mavis productionem, latius e Severino describimus; *Portio*, inquit, *fungiferi triplex: Vna quae sub Terra, radix et fibrae colore pullo. Secunda pedunculus albo luteus. Tertia Fungi umbella. Radix propemodum arborescentem processum refert i. e indivaricatum: scissilis est et geniculata, ut Zinziberis Penae, Iridis Sylvestris Matthioli, &c. &c. Radicis extimae fibrae sunt veluti capillus, tenuissimae ac varie implicatae crispaeque, quales ad ungvem stipitis Oryzae sunt paleae minutae. Fungi germen primum et stipes, si plenis suis numeris adoleverit, digitali usque longitudine attollitur: infimo pediculo nixus, quo magis terrae propinquat, gradatim tenuiore. Cui Fungo primum erumpenti Vesicula major est gemmae vitis magnitudine, aut paulo majore; quae digitis compressa reddit humorem aquae specie, saporis aciduli gustu. Est autem Fungus facie, qua coelum spectat, umbilicata, et levi: inferiori vero continenti serie distincta, punctulis quam creberrimis et alveolis minutissimis:* Jungimus Severinianae descriptioni *Avantianam: Fungi figurae modo rotundae, modo ovatae, saepe etiam inaequali labro, variisque ac sinuosis*

sis anfractibus humanas auriculas aemulantibus Vid. Fig. I. II. et III.Colore interdum flavo, (ex albo flavescentes erant in Horto Volkameriano prognati Vid. Floram Noribergensem.p. 178.) *interdum dilute purpureo, semper vero crebris spadiceis, vel atrorubentibus maculis aspersi; quae prius quam obsolescant, non parvam ipsis elegantiam conciliant. Illud quoq; admiratione non vacat, quod scapus, qui ab evulso fungo Lapidi adhaeret, sensim induretur, ac eandem cum Lapide soliditatem et substantiam acquirat; ita ut fungus lapidem et matricem suam*, ut ait *Fiera* in coena *alere, et alimentum, quod accepit, ipsi quodammodo rependere videatur.* His non contentus *Cl. Severinus Analysin* quoque *Hermeticam* hujus Fungi, opera Nobiliss. *Josephi Donzellii Neapolitani, et Magnifici quondam Academiae Naturae-Curiosorum Tertii Praesidis Beatissimi Volkameri*, quem *amicissimum* vocat, instituit. Extracta Aqua fatua spiritus et oleum ad L. Quajaci per retortam pulsi saporem et odorem maxime accedens, cinis e quo Sal valde acre extractum. Spiritum vulnerarium optimum deprehendit Severinus, ut ejus ope solius ex umbone, qui ad folliculi lusum cubito inducitur, per vim illiso vulnus inferiore labro transfossum quatridui spatio curarit. Fungi autem arefacti pulvisculum audiverit Medico cuidam in Calabris usitatum, Plevritidis et Nephritidis remedio, quod abscessum aut mature dissolvit, aut suppuratum jam disrumpit ac purgat. Cumque esui pariter gratum, verum erit medicamentum alimentosum. Hactenus ex *Avantio* et *Severino* Fungiferi Lapidis descriptionem dedimus, differt tamen ab illa maxime quem modo laudatus Excell Volkamerus Ephem. Dec. II, Ann. III. exhibuit Fig. IV. a nobis pariter expressum, et dum Neapoli apud Cl. *Severinum* studiis Chirurgicis incumberet ipsi, una cum aliis a Generosiss. Equite Cassiano a Puteo, et Marco Schipano Severino communicatis, quae fungiferi Lapidis Species Fig. V. VI. et VII. exhibentur, ut exinde clare pateat, diversissimas dari lapidum horum fungeas excretiones. Sequitur *Lapides Fungiferos* Fig. VIII. et IX. *FVNGIMAPPA* ab Excell. *Severino* Epistola ad *Johannem Simonem a Gratia* descripta. Estque hic *Lapis Coticula parva ovi anserini longitudine, sed eodem complanatior. Si perconteris de magnitudine cotis, unciolas tres examinata pendit. E cujus diametro circumquaque surgit Seges capillamenti, recti, digiti pollicis infantis longitudine, colore candidissimo, rigentibus setis, quae cuspidulae extremae, siquidem obtutu diligenti et acri spectantur, acetabula et cotyledones referunt exilissimos; visa est haec habitudo tota barbam canam referre; quibus tamen pilis instructissima Cos plurima parte deglabrata; seu quidem extremo squalore collapsis, seu frequenti manuum attrectatione detrimenta passis. Caeterum haec fila dentibus attrita gustum linguae salsum excitavere, terreumque echini marini spiculorum sensum stridescentem reddidere. Qua delapsi parte capilli facies Cotis asperior et hispidior, ut cognosceret quis inde relicta vestigia decussorum pilorum.* Indicavit autem *Simon a Gratia Severino*, sylvescentes Saxo multos ac tenuissimos quasi capillos, summis suis apicibus tenus communi obductos umbella, et convexa propemodum fungea patella; quam ob causam dubius, an *fungiferum*, an *Herbiferum* lapidem vocaret. Qua caeteroquin umbella non comperta, credidit facile *Severinus* longinquioris agitatione vecturae decussam, Hac igitur particula, quam non vidit supposita, licenti in re nova vocabulo *Fungimappam* vocare ausus: quod fungea soboles mappa quadam inducta superne contegatur. Credit autem Fungimappae procreationem in Saxo convenire cum his, quae relata sunt de Coralliis et stirpibus, quae in statuis lapideis concrevere. Exhibet autem Figura VIII. *Fungimappam cum superstite Vmbella*, ubi AA. Siliculus substratus vegetanti locus. BB. stipites assurgentes. CC. Mappa superdata. Fig. IX. *Fungimappam discussa umbella* sistit, et quidem DD. Siliculum vegetationi substratum. EE. stipites sua mappa orbatos ac propterea reclinatos.

FINIS.

FLORA MALABARICA

SIVE

HORTI MALABARICI

CATALOGUS

Exhibens

Omnium ejusdem Plantarum nomina, quæ é variis, tum veteribus tum recentioribus Botanicis collegit, & in ordinem Alphabeticum digessit.

CASPARUS COMMELIN, Med. Doctor,

Et Horti Medici Amstelodamensis Botanicus.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud FREDERICUM HAARINGH, *Bibliopolam.*

M. DC. XCVI.

Nobilisſimis, Amplisſimis, Prudentisſimis

VIRIS

Dno. JOANNI HUDDE,
Dno. NICOLAO WITSEN, *J. V. D.*
Dno. CORNELIO VALKENIER,
Dno. THEODORO BAS, *J. V. D.*

AMSTELODAMENSIS

REIPUBLICÆ CONSULIBUS, & SENATORIBUS.

NEC NON

Ampliſſimis, Prudentiſſimis

VIRIS

Dno. FRANCISCO DE VROEDE, *J.V.D.*
Scabino Præſidi & Senatori.

Dno. JOANNI HUYDEKOOPER VAN MARSEVEEN, *J.V.D.*
Exſcabino.

HORTI MEDICI AMSTELODAMENSIS PRÆFECTIS.

Dominis ſuis, & Patronis perpetuum venerandis.

FLORAM HANC MALABARICAM
Ea, qua decet, reverentia
D. D. D.

CASPARUS COMMELIN.

LECTORI BENEVOLO

S.

P*Rodierunt ante aliquot annos duodecim vasti istius Operis* HORTI MALABARICI *titulo insigniti tomi, quos summâ diligentiâ in ipso Regno Malabarico collegit* Nobilissimus & Generosissimus Dominus Henricus van Reede tot Drakenstein, Toparcha in Mydrecht &c. &c. *Ac orbi publicos fecit, quorum primum notis & commentariis illustravit clarissimus & expertissimus vir* Arnoldus Seyen Med. Doctor, Med. & Botanices in Academia Lugduno-Batava (*dum viveret*) Professor celeberrimus, *quo mortuo, reliquos undecim tomos notis & commentariis illustravit Patruus*, Joannes Commelin Amstelodamensis Reipublicæ (*dum viveret*) Senator, Hortique Medici Præfectus; *in quo* Horto Malabarico *multæ plantæ reperiuntur, quarum tum veteres, tum recentiores rei herbariæ scriptores mentionem facientes, illas ipsas aliis nominibus, & sæpissime convenientioribus (relictis nominibus barbaris & ab indigenis usitatis, quæ tamen nonnulli servarunt) ab ipsis plantarum partibus præcipuis & constantissimis, hoc est, frutificatione desumptis, insignire voluerunt, quales sunt in re herbaria versatissimi viri* C. Clusius, G. ab Horto, C. a Costa, G. Piso, J. Bontius, G. Marggravius, uterque Bauhinus, A. Seyen, J. Breynius, P: Hermannus, J· Rajus, J: Commelin, L: Plukenetius, P: Turnefort, S· a Dale, *aliique bene multi, quorum omnium finitâ hac præfatione series exhibebitur: quarum omnium plantarum tum à veteribus tum recentioribus rei herbariæ scriptoribus descriptarum, & Horto Malabarico contentarum nomina collecta, & in ordinem alphabeticum disposita tibi*, Lector Benevole, *nunc exhibeo, additâ tomi, Libri, & paginæ tum citati auctoris, tum ipsius Horti Malabarici indigitatione continuâ, nec omissis tum Malabarensibus, tum Bramannis, tum Lusitanis, tum Batavis (in Malabaria habitantibus nimirum) tum aliis gentibus usitatis nominibus, adeo, ut quisque plantam sibi propositam invenire possit, qualecumque ejus nomen noverit, nam barbaris dumtaxat nomibus sæpissime, tum ex utrâque Indiâ, tum aliis telluris plagis in Europam vel advehuntur semina, vel plantæ, & ab auctoribus describuntur,*

buntur,

buntur, quod præsertim hoc seculo ob plantarum ante non visarum copiam accidere botanicorum nemo nescit; quo enim seculo magis hoc ipso floruit res herbaria, quam, si præteriti temporis recordemur, & â fine præteriti seculi in hunc ipsum diem detectas plantas in memoriam revocemus, quâ copiâ veteribus ignotarum ditatam hocce die non videmus? ex quâ copiâ illud utilitatis, hoc commodi resultavit, quod simplicia medicamenta plurima detecta sint, quorum nobis antea, ob brevissimas & obscuras multorum simplicium apud veteres descriptiones, præter solum nomen, & virtutum cognitionem aliqualem innotuit nihil, exempli Loco sint Lignum colubrinum, Nux vomica, Amomum, Gutta gamba, Costus aliaque Simplicia, quæ accurate satis descripta atque delineata exhibet Hortus Malabaricus, quorum omnium simplicium accuratam habere cognitionem cum deceat Medicum, quibus plantis cum ditatum sit studium botanicum, & Medicis & Botanophylis Horti Malabarici Lecturam summopere necessariam nullus dubito. Hæc sunt L. B. quæ præfari volui, tu interim fruere nostro Labore, & Vale.

Dabam Amstelodami
ipsis Kalendis Decembris.
M. DC. XCVI.

FLORA

PRÆCIPUORUM NOMINUM

ABBREVIATORUM

DILUCIDATIONES.

Alp: de Pl: Æg:	ALpinus de Plantis Ægyptiacis.
B: Pin:	Casparus Bauhinus in Pinace.
B: Theat: Bot:	Ejusdem Theatrum Botanicum.
B: Matth:	Ejusdem editio Matthioli.
Belg:	Belgæ.
Boccon: Ic: & D:	Pauli Bocconis Icones & Descriptiones rariorum plantarum Siciliæ.
Bont:	Jacobi Bontii Historia naturalis & medica Indiæ Orientalis cum commentatio Pisonis.
Bram:	Bramannes.
Breyn: Cent:	Jacobi Breynii exoticarum plantarum centuria prima.
Breyn: P: 1.	Prodromus fascuculi rariorum plantarum Primus ejusdem.
Breyn: P: 2.	Ejusdem Prodromus Secundus.
C: H: Beaum:	Horti Beaumontiani exoticarum plantarum Catalogus.
C: H: Beaumont: M: St	Ejus Catalogus Manuscriptus.
Ceylon: & Zeyl.	Ceylonenses, & Zeylonenses.
Cingalens:	Cingalenses.
Clus: App:	Carolus Clusius in Appendice Historiæ rariorum plantarum.
Clus: Cur: p:	Ejusdem Curæ posteriores.
Clus exot:	Ejusdem exoticorum Historia.
Clus: H:	Ejusdem Historia rariorum plantarum.
Clus: in Garz:	Ejusdem Notæ in Garziam ab Horto.
Colum: in not: ad Hern:	Fabii Columnæ annotationes in Hernandi Volumen.
Commel: Cat:	Joannes Commelin Catalogus Horti Medici Amstelodamensis.
Commel: in not:	Idem in notis ad Hortum Malabaricum.
C: a Cost:	Christophori â Costa Aromatum Historia
Cunæi Resp: Hebr:	Cunæi Respublica Hebræorum.
Dale Pharm:	Samuelis â Dale Pharmacologia, seu Manuductio in rem Medicam.
Dod:	Remberti Dodonæi Kruydboek.
Ferrar: Flor: Cult:	Joannis Baptistæ Ferrarii Florâ, seu Florum cultura.
G: ab Horto	Garziæ ab Horto Aromatum Historia.
Herm: Cat:	Pauli Hermanni Horti Academici Lugduno Batavi Catalogus.
Herm: Herb: v. Ceyl:	Hermannus in Herbario vivo Ceylanico, quem ex insula Zeylon ad Patruum miserat Hermannus.
Herm: in Ep: ad: d: Syen	Hermannus in Epistola ad Dominum Syen.
Herm: Mus: Zeyl:	Hermanni Musæum Zeylanicum.
Hernand:	Francisci Hernandes nova Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicanarum Historia.
H: Lugd:	Historia Generalis Plantarum Lugduni.
H: Reg: Par: Cat:	Horti Regii Parisiensis Catalogus, seu Schola Botanica.
J: B: T: L:	Historiæ plantarum universalis Joannis Bauhini Tomus 1,2,3. Liber.
Linschot: itinerar:	Jan Huygen van Linschotens Voyagien.

Lob: Obſerv:	Lobelius in Obſervationibus,
Lob: advers:	Lobelius in adverſariis.
Mal:	Malabarenſes.
Malaccens:	Malaccenſes.
Margg:	Georgii Marggravii Hiſtoria rerum naturalium.
Matth: in Dioſc:	Andræas Matthiolus in Dioſcoridem.
Miſc: Cur: D: A:	Miſcellanea curioſa Medico Phyſica Academiæ naturæ curioſorum Decas, Annus
Munt:	Abraham Muntingh naukeurige beſchryvinge der aardgewaſſen
Nieuhov: Itiner:	Nieuhovii Reys beſchryvingh.
Nieuhov: Legat.	Nieuhovii Legatio ad magnum Tartariæ Chamum.
Par. Bat. P.	Pauli Hermanni Paradiſi Batavi Prodromus.
Parkins. Theat.	Joannis Parkinſonii Theatrum Botanicum.
Piſon.	Guilielmi Piſonis Hiſtoria de Indiæ utriuſque re naturali & medica.
Piſon. Mant. Ar.	Ejuſdem Mantiſſa aromatica.
Pluken. P. T.	Leonardi Plukenetii Phytographia, ſive Stirpium illuſtriorum ac minus cognitarum Icones, Pars, Tabula.
Raji H:	Joannis Raji Hiſtoria plantarum.
Rivin: introd:	Rivini introductio in rem Herbariam.
Syen in not:	Arnoldus Seyen in notis ad Hortum Malabaricum.
Stap: in Theop:	Joannis Bodæi a Stapel Commentaria in Theophraſtrum.
Sterbeck. Citric.	Franciſci Sterbeek Citri cultura.
Turnef, El. Bot.	Pitton Turnefort, Elemens de Botanique.
Veſling. Obſ.	Joannis Veſlingii obſervationes de Plantis Ægyptiacis.
Zanon. H. B.	Hiſtoria Botanica Jacobi Zanoni.
Zeyl.	Zeylonenſes,



FLORA MALABARICA.

spi-

Commel: in not: Kudici-kodi. *Mal*: Duda-Valli *Bram*: 9—13
Apocynum indicum Latifolium, flore rubeſcente, interius candido, ſiliquis longis, anguſtis, venis in longitudinem Striatis *Commel: in not*: Kametti-Valli *Mal*: Ulu-Valli *Bram*: 9—23
Apocynum indicum maximum, folio amplo, rotundo, flore candido, ſiliquis longis *Commel: in not*: Belutta-kaka-kodi. *Mal*: 9—7
Apocynum indicum Scandens Latifolium, flore viridi diluto, ſiliquis oblongis cuſpidatis *Commel: in not*: Katu-Pal-Valli. *Mal*: 9—17
Apocynum majus Syriacum, caule viridi, flore exalbido *H: Reg: Par: Cat*: 139. Bel-Ericu *Mal*: Davi-Rocy-*Bram*: 2—56
Apocynum malabaricum arboreſcens, Limonii folio, flore ex flavo rubeſcente, ſiliquis maximis. *Commel: in not:* Nelem-Pala *Mal*: Utago-Culo *Bram*: 9—5
Apocynum malabaricum folio cordis humani forma, flore viridi diluto, umbellatim diſpoſito, ſiliquis oblongis, Latis, obtuſis *Commel: in not*: Watta-kaka-kodi *Mal*: 9—25
Apocynum malabaricum ſcandens Latifolium, flore rubeſcente, ſiliquis Longiſſimis & anguſtiſſimis *Commel: in not*: Pal-valli *Bram*: 9—19
Apocynum ſcandens, flore variegato ſiliquis Ericu ſimilibus. *Commel: in not*: Ada-Kodien *Mal*: 9—9
Apocyni repentis ſpecies *Commel: in not*: Niota-Niodem-Valli *Mal*: Zira-Puti-Valli *Bram*: 9—27
Apocyni Species *Commel: in not*: Wallia-Pal-Valli *Mal*: 9—15
Apocyni ſimilis planta ſcandens, & Succo Limpido turgens *Commel: in not*: Nansjera-Patsja *Mal*: Dadu-Valli *Bram*: 9—21
Appél Mal: *v.* Arbor malabarica baccifera &c. 1—99
Appel-doorn. Belg: *v.* baccifera Indica &c. 5—69

Araca-guacu Piſon 153. *v.* Guajava rubra 3—33
Araca-Patsjotti Mal: *v.* baccifera Indica &c. 5—15
Araca-Puda Mal: *v.* Alſina. 10—39
Arachus indicus ſeu africanus Perkins: Theat: 1071. *v.* Phaſeolus. 8—7
Arana-Panna *Mal*: 12—61
Arbor Acaju, vulgo Caju Piſon mant: A. 193. *v.* Anacardium. 3—65
Arbor americana triphylla numeroſis ſtaminulis purpureis apicibus preditis floris umbilicum occupantibus Pluken: P: 3. T: CXLVII. f. 6. *v.* Pomifera Indica &c. 3—49
Arbor americana trifoliata pomifera ſeminibus reniformibus C: H: Beaum: 10. *v.* Pomifera Indica &c: 3—49
Arbor baccifera Indica racemoſa, tetrapetalo flore, fructu rotundo monopyreno *Raji H*: 1595. Kasjavo-maram *Mal*: Sarani *Bram*: Palmis *Luſit*: Lieverboom *Belg*: 5—37
Arbor baccifera Indica fructu cuſpidato monopyreno Raji H. 1596. Mala-Poenna *Mal*: Nalal-Suri *Bram*. Saritos *Luſit*. Bronsboom *Belg*. 5—17
Arbor baccifera Indica racemoſa, Acinis oblongis monopyrenis, flore tetrapetaloide *Raji H*: 1596. Kari-vetti *Mal*. Pada-daliqui *Bram*. Querillas *Luſit*. Hartenhaver *Belg*. 4—111
Arbor Baccifera malabarica, folio pinnato floribus umbellatis, ſimplici oſſiculo, cum pluribus nucleis Raji H. 1558. *v.* Vitex. 5—3
Arbor Baccifera malabarica trifolia, ſimplici oſſiculo cum pluribus nucleis Raji H. 1557. *v.* Vitex. 5—1
Arbor baccifera malabarica oſſiculo fructus triſpermo *Raji. H.* 1557. Parili *Mal*: Pariloſſi *Bram*. arvore bitanha *Luſit*: Speen-beſſen *Belg*: 5—5
Arbor baccifera racemoſa, fructu corticoſo, dipyreno *Raji H*. 1606. Nyalel *Mal*: Laſſa *Bram*. Maquinha *Luſit*. Werlingen *Belg*. *an*. Sambucus Indica *Bont*. 108? 4—37
Arbor baccifera racemoſa, vitis floribus, acinis oblongis compreſſis monopyrenis *Raji H*. 1597. Caleſiam *Mal*. Mourmouratarum *Bram*. Bainhero *Luſit*. twee-beſſen *Belg*. 4—67
Arbor Caſſiam ſolutivam ferens. Bont. 101. *v.* Caſſia fiſtula. 1—37
Arbor exotica Lentiſci foliis B. Pin. 399. *v.* Balanus Myrepſica. 6—19

Arbor

ad

v. Tithymalus. 5—89
Baccifera indica, fructu glabro tribus Loculis terna Semina continente *Raji H.* 1496. Ponnagam *Mal.* Benissa *Bram.* Arola *Lusit.* Himpen *Belg.* 5—41
Baccifera indica fructu Lanuginoso, cum officulo tribus loculis terna Semina continente *Raji H*: 1496. Tsjerou-Ponnagam *Mal.* Davo-Benissa *Bram*: Arola menor *Lusit*: Roode Himpen *Belg.* 5—43
Baccifera indica fructu tetraspermo, in foliorum alis sessili *Raji H*: 1623. Corni seu Sorbi species *Bont.* 103. Scherunam-Cottam *Mal.* 2—23
Baccifera indica baccis oblongis in umbellæ formam dispositis *Raji H.* 1634. Ligustri species *Commel*: *in not*: Poutaletsje *Mal.* Barsoti *Bram*: Ilata *Lusit.* Waakblad *Belg.* an Poutaletsjæ malabaricæ similis arbuscula maderaspatensis *Pluken. P.* 1. *T: LIV. f.* 1? 4—117
Baccifera indica fructu umbilicato rotundo cerasi magnitudine dicocco *Raji H*: 1497. Angolam, seu Alangi *Mal.* Angolam *Bram.* Espinho Sancto *Lusit.* Keysers Vreught *Belg.* 4—39
Baccifera indica flosculis ad foliorum exortum confertis, fructu dicocco *Raji H.* 1497. Tsjerou-kara *Mal.* Canti & Bidani-Gali *Bram.* Espinho Salsedo *Lusit.* Bitterdoorn *Belg.* an Lycium bisnagaricum acuminatis minus durioribus foliis & aculeis ex opposito binis *Pluken. P*: 2. *T*: *XCVII. f.* 3? 5—73
Baccifera indica flosculis umbellatis, baccis umbilicatis dicoccis *Raji H.* 1497. Bruxaneli *Mal.* Sarpalo *Bram:* Arinho *Lusit.* Drielingh *Belg.* 5—85
Baccifera indica fructu umbilicato racemoso monopyreno *Raji H.* 1498. Patsjotti *Mal.* Sameno *Bram.* Olheira *Lusit.* Oogappelen *Belg*: an Cambay, *seu* Myrtus americana Sylvestris *Pison*: 178? 5—9
Baccifera indica umbellata flore pallido pentapetalo, raro fructus ferens *Raji H.* 1635. Ramena-Pou-maram *Mal.* Brampou *Bram*: Estrela d'alva *Lusit*: Morgen-sterren *Belg*: 4—125
Baccifera indica flore composito *Raji H.* 1637. Mala-Elengi *Mal.* Getri-Madi *Bram.* Alona *Lusit*: Leverhout *Belg*: 5—109
Baccifera indica fructu umbilicato, quinque capsulari polyspermo *Raji H.* 1493. Stramonia, sive Datura Cistioides frutescens, hirsuta major indica *Breyn. P.* 2. 97. Datura indica foliis malabatri *Breyn*: *Cent.* 119. Cistus pulpifer indicus *Hermanni.* Kadali *Mal.* Naqueri *Bram.* Katepinake *Cinghal.* Fruita da gralha *Lusit.* Craye-bessen *Belg.* 4—87
Eadem flore albicante, fructu viridi, pulpa albicante *Raji H.* 1493. Ben-kadali *Mal.* Bel-Naqueri *Bram.* Fruita da gralha branca *Lusit.* Witte Kraey bessen *Belg.* 4—89
Eadem foliis, floribus & fructibus minoribus *Raji H.* 1493. Cisti indici species quarta *Commel*: *in not.* Tsjerou-kadali *Mal.* Dalcouli-Naqueri *Bram.* Fruita da gralha pequeno *Lusit.* kleyne Kraye-bessen *Belg.* 4—93
Eadem floribus minoribus, fructus cortice aspero *Raji H.* 1493. Cistus indicus, quinque nervis, folio hirsuto, & scabro, floribus roseis amplis, capitulis sericeis villosis, pulpa nigra refertis, major, *Cingalensibus* Mahabothya dictus *Herm.Herb.* v. *Ceyl.* Katou-kadali *Mal.* Cit-Naqueri *Bram.* Fruita da gralha do mato *Lusit.* Wilde Kraey-bessen *Belg.* an Cistus Chamerhodendros, seu Ledum orientale pentaneuros foliis brevioribus, ferruginea & molli Lanugine villosis Pluknet. *P.* 3. *T*: *CEXI.* 2? 4—91
Baccifera indica, floribus spicatis fructu rotundo, nigricante, polyspermo *Raji H.* 1494. Ben-Kara *Mal.* Gali, *seu* Babouli *Bram.* Espinho d'urso *Lusit.* Appel-doorn *Belg.* 5—69
Baccifera indica fructu cum quadripartito in vertice umbilico quadricapsulari *Raji H.* 1495. Pee-Ponnagam *Mal.* Soubenissa *Bram.* Arola penachozo *Lusit*: Pluym-Himpen *Belg.* 4—47
Baccifera indica ad foliorum alas florida, fructu umbilicato & caliculato tricocco *Raji H*: 1495.

Katapa

Cacoesa

an Uvifera arbor americana convolvulacea, fructu punctato, Barbadensibus chequer-grape, ideſt, Uva teſſulata, nuncupatur *Pluken: P: 3. T: CCXXXVII. 4?* 3—83

Convolvulus indicus, radice tuberoſa eduli, cortice rubro, Batatas dictus *Par: Bat: Prod.* 325. Convolvulus indicus Batatas dictus *Raji H.* 728. Convolvulus indicus orientalis inhame ſeu Batatas, Siſarum peruvianorum, ſeu Battata Hiſpanorum *Mor. H.* 2. 11. Batatas, Camotes Hiſpanorum *Clus: Hiſt: L: IV.* 78. *B: Pin.* 91. & *Variorum* Jetica *Piſon:* 254. Kappa-kelengu *Mal.* Cananga *Bram:* Batatas *Luſit.* Battates *Belg.* 7—95

Convolvulus indicus minor, alſine folio, flore rubicundo purpureo *Commel: in not:* Viſtum-Clandi *Mal.* 11—131

Convolvulus indicus minor folio anguloſo, flore ex albo flaveſcente *Commel in not.* Sendera - Clandi *Mal.* 11—133

Convolvulus malabaricus, flore amplo, viridi diluto *Commel: in not:* Munda-Valli *Mal.* 11—103

Convolvulus malabaricus, floribus ex albo purpuraſcentibus *Commel: in not:* Convolvulus maderaſpatanus purpureus, violæ martiæ foliis, floribus plurimis ſimul junctis *Pluken: P: 3. T: CLXVI. 5.* Tiru-Tali *Mal.* 11—109

Convolvulus malabaricus folio longiori, flore candido. *Commel: in not.* Pen-Tiru-Tali *Mal.* 11—111

Convolvulus malabaricus, anguſto folio, flore variegato *Commel: in not.* Tala-Neli *Mal.* Cali-Valli, *vel* Rain-Mamorad *Bram.* 11—113

Convolvulus malabaricus flore maximo purpuraſcente *Commel. in not.* Adamboe *Mal.* 11—115

Convolvulus malabaricus folio rotundiore craſſo, flore candido *Commel. in not.* Bel - Adamboe *Mal.* Bangado-Valli *Bram:* 11—119

Convolvulus maritimus Zeylanicus, folio craſſo, cordiformi *Herm. Cat.* 175. Bintamburu *Zeylon.* Peſcapræ *Luſit.* Schovanna-Adamboe *Mal.* Bangada-Valli *Bram:* an Convolvulus maritimus *ſeu* Soldanella é Maderaſpatan, folio in ſummitate ſinuato *Pluken. Pi. T: XXIV. 4?* 11—117

Convolvulus maximus malabarienſis, folio villoſo floribus purpuraſcentibus *Commel. in not.* Samudra-Tsjogam *Mal. & Bram.* 11—125

Convolvulus Zeylanicus villoſus pentaphyllus & heptaphyllus minor, Pes Tigrinus dictus *Herm. Cat.* 184. Convolvulus indicus Pes Tigrinus dictus minor & hirſutus *Par. Bat P.* 326. Convolvulus heptaphyllus indicus villoſus *Breyn. P:* 1. 33. & *Miſc. cur: D:* 1. *A:* 4. & 5. 145. Pulli - Schovadi *Mal.* Arty *Bram:* 11—121

Convolvuli affinis malabarica, floribus piloſis, variegatis *Commel. in not.* Kattu-Kelengu *Mal.* 11—105

Convolvulo ſimilis Bryoniæ albæ foliis villoſis ex India orientali Pluken. P. 1. T. XXV. 3. *v.* Balſamina Cucumerina. 8—37

Convolvuli inſtar volubilis è Cormandel, umbilicatis foliis, craſſis, acuminatis, villoſa Pluken. P. 1. T. XXIV. 6. *v.* Bryoniæ Levis ſpecies. 7—93

Convolvulus braſilianus Inhame de S. Thome dictus Commel. in not. *v.* Ricophora. 7—97

Conyza indica teucrii folio, flore flavo odorato *Commel. in not.* Manja-Adeka-Manjen *Mal.* 10—33

Conyza malabarica lamii folio, flore purpureo *Commel. in not.* Nari-Patſia *Mal.* Vaſini *Bram.* an Eupatoria conyzoides maderaſpatana, foliis glabris, ſummo caule ramoſior *Pluken. P: 3. T: CLXXVII. 2?* 10—123

Conyzæ affinis malabarica, aquilegiæ folio, flore purpureo *Commel. in not.* Puam-Curundala *Mal.* 10—127

Coral arbor ſpinoſa orientalis, fructu intenſius rubente *Par. Bat. P.* 327. Arbor Coral ſiliquoſa *J. B. T.* 1. *L: XII.* 426. ſiliqua Sylveſtris ſpinoſa arbor indica *B: Pin:* 402. Arbuſcula corallii *Ferrarii Flor. Cult.* 380. Arbor fabifera prima, Boa Tsinkkingh dicta *Bont.* 135. Erabu *Zeylon:* Mouricou, Muricu & Morico *Mal.* Pangiro *Bram.* Folhas da trinidade *Luſit.* Slackhout, Washout, Elephants Boom *Belg:* 6—13

Coral-

liis coronillæ ſimilibus, flore Luteo amplo ad foliorum alas, ſiliqua lata parva lanuginoſa *Breyn. P.* 2. 37. Mimoſa malabarica, flore pentapetalo, ſiliquis lanuginoſis *Raji* H: 1740. Kal-Todda-Valli *Mal.* Laſari *Bram.* Erua mimoſa *Luſit* Liefblad *Belg.* 6—15

Criſta pavonis glycyrrhizæ folio minor, repens, ſpinoſiſſima, flore luteo ſpicato minimo, ſiliqua latiſſima echinata, ſemine rotundo cinereo, lineis circularibus cincto, majore *Breyn. P.* 2. 38. Acacia glorioſa Lentiſci foliis ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna muricata *Pluken*: *P*: 1. *T*: 11. 2. Inimboy Braſilianorum, frutex ſpinoſus ſpicatus platilobis echinoidibus glycyrrhizæ foliis *Breyn*: *P*: 1. 40. Lobus ἐχινώδης *Clus*: *exot*: 70. Arbor exotica ſpinoſa foliis Lentiſci *B*: *Pin*: 399. Lobus ἐχινώδης cum piſo duro cinerei coloris *J*: *B*: *T*: 1. *L*: *XII.* 439. Lobus echinatus fructu cæſio foliis longioribus *Par*: *Bat*: *P*: 348. Inimboy *Pinſon.* 205. *Margg*: 12. Bonduch *Indorum.* Caretti *Mal.* Tiringoeſi *Bram*: 2—35

Criſta pavonis glycyrrhizæ folio maxima indica, flore ſubluteo minimo ſpicato, ſiliquis anguſtis longiſſimis, ubi ſemina occultantur, protuberantibus, ſemine orbiculato compreſſo ſanguineo *Breyn*: *P*: 2. 38. Phaſeolus alatus arboreus, fructu orbiculato, compreſſo, coccineo *Herm. Cat.* 495. Arbor ſiliquoſa indica, flore ſpicato pentapetalo, ſiliquis longis, nodoſis, fabis coccineis *Raji H.* 1752. Mandathya *ſeu* Mara *Herm. Mus. Zeyl.* Mandsjadi *Mal.* Gunſii & Goeſii *Bram.* Mangalins *Luſit.* Manjelyns vel Weegh-boom *Belg.* 6—25

Criſta pavonis monoſpermos prima, *ſive* Arbor veſpertilionis juglandis folio minore ſpinoſiſſima, flore viridiluteo ad foliorum alas, ſemine & ſiliqua villoſa *Breyn*: *P*: 2. 39. Arbor ſpinoſa indica ſiliquis villoſis monoſpermis, Bankaretti, dicta *Raji H*: 1744. Bankaretti *Mal.* Dou-Tiringouſſi *Bram*: Cliche falſa, *vel* Silvada-prajamacho *Luſit.* Praatjens *Belg.* 6—35

Criſta pavonis monoſpermos ſecunda, *ſive* Arbor veſpertilionis indica, Lentiſci folio, ſpinoſiſſima, flore racemoſo Luteo parvo odorato, ſiliqua & ſemine glabro *Breyn. P*: 2. 39. Siliquoſa indica, flore papilionaceo, ſiliquis latis monoſpermis *Raji H.* 1745. Kaka-Mullu, *vel* Kaka-Moulou *Mal*: Ticanto *Bram.* Graon de veado *Luſit*: Schulpdoorn *Belg.* 6—33

Criſta pavonis monoſpermos tertia, *ſive* Arbor veſpertilionis maxima indica, juglandis folio majore, floribus ſpicatis, albicantibus, odoratis, ſiliquâ non nihil falcata, ſemine renali latiſſimo *Breyn. P*: 2. 39. Arbor ſiliquoſa flore papilionaceo, fabis longis & latis, plana parte ſibi invicem incumbentibus *Raji H*: 1733. Pongam *ſeu* Minari *Mal.* Caranſi *Bram*: Favas de chapa *Luſit.* Mansboonen *Belg.* 6—5

Crocus indicus, arabibus Curcum, officinis noſtris radix curcumæ, dictus Bont: 116. *v.* Curcuma radice longa. 11—21

Croeſelingen Belg. *v.* Flos paſſionis ſpurius &c. 8—39

Croeſteen Belg: Methonica malabarorum &c. 7—107

Crotalaria aſiatica, floribus luteis, folio ſingulari, cordiformi Herm: Cat: 200. *v.* Geniſta. 9—45

Crotalaria malabarica Sylveſtris, foliis ſingularibus majoribus, floribus luteis Commel: in not: *v.* Geniſta. 9—47

Crotalaria aſiatica fruteſcens trifolia floribus luteis amplis Herm: Cat: 196. *v.* Geniſta. 9—49

Crotalaria Benghalenſis foliis geniſtæ ſubhirſutis Par. Bat P: 329. *v.* Geniſta. 9—47

Crotalaria aſiatica folio ſingulari verrucoſo, floribus cæruleis Herm: Cat: 198. *v.* Geniſta. 9—53

Crotalariæ ſpecies *Commel. in not.* Cara-Caniram *Mal.* Boin-Caro *Bram*: 9—109

Cuculo indiano & galuzza di levante Italis *v.* Arbor indica cocculos officinarum ferens. 7—1

Cucu-

Drie-

Modera-

Modera-Canni *Mal.* 2—29

Frutex baccifer malabaricus, floribus pentapetalis, binis, una bacca nigra in calyce stelliformiter expanso *Raji H.* 1571. Peragu *Mal.* Saikilo *Bram:* 2—41

Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato, tetracocco, umbellato *Raji H.* 1572. Tsjocatti *Mal.* Valermani *Mal.* Foula Paolista *Lusit:* Sottebollen *Belg:* 5—95

Frutex baccifer malabaricus, fructu calyculato, ratundo, rubro, polyspermo Raji H. 1573. v. Jasminum. 2—17

Frutex indicus ἄκαρπος, foliis binis adversis, floribus pentapetalis, candidis, unguibus Luteis *Raji H:* 1787. Belutta-Amelpodi *Mal:* Sa-Ameli *Bram:* Marani *Lusit:* Groot Liever *Belg:* 6—83

Frutex indicus baccifer, Vitis idææ secundæ Clusii foliis *Breyn: Cent:* 8. Niruri *Mal:* Pane-Poi *Bram:* *an* Vitis idææ similis Frutex africanus *Par: Bat: P:* 385? Vitis idææ species maderaspatana, Niruri forte malabariensibus dicta *Pluken: P:* 1. *T: LXIX.* 3? 2—45

Frutex indicus baccifer hexapetalos, fructu rotundo monopyreno nigro *Raji H:* 1594. Tsjerou-Panel, & Baala-Paleti *Mal:* Apacaro *Bram:* Kleyn Heylwortel *Belg.* 5—31

Frutex indicus baccifer flore hexapetalo, fructu rotundo, racemoso monopyreno *Raji H:* 1594. Corinti-Panel *Mal:* Corinti, & Apocaro *Bram:* Pao Costus do mato *Lusit:* Heylwortel *Belg.* 5—27

Frutex indicus baccifer fructu racemoso cuspidato, ribium simili, monopyreno *Raji H:* 1596. Tsjeram-Cottam *Mal.* Pattara-Panni *Bram:* Ramisoli *Lusit.* Lysbessen *Belg:* 2—21

Frutex indicus baccifer fructu rotundo, polypyreno *Raji H.* 1634. Corou-Moelli *Mal.* Babouli-Canti, & Obadali *Bram.* Espinhos dos bugios *Lusit.* Wasdoorn *Belg.* 5—77

Frutex indicus baccifer, floribus umbellatis, fructu tetracocco *Raji H:* 1624. Sondari, & Kaka-Ponna *Mal.* Ajomato *Bram.* Tiloins *Lusit.* Maarboom *Belg:* 5—79

Frutex indicus baccifer, floribus ramosis, fructu oblongo, tetrapyreno *Raji H.* 1625. Perin-Panel *Mal.* Cali-Apocaro, & Cunto *Bram.* Pao Costus *Lusit:* Groot Heylwortel *Belg. an* Arbor orientalis baccifera lauri foliis, crassis, & venosis per siccitatem atro nitentibus, quasi vernice tinctis, polypyrena *Pluken: P:* 3. *T: CXL.* 2? 5—29

Frutex indicus baccifer fructu oblongo polyspermo *Raji H:* 1493. Belilla *Mal.* Stravadi *Bram:* 2—27

Frutex indicus baccifer floribus umbellatis fructu rotundo, polyspermo *Raji H.* 1494. Cupi *Mal.* Cita-Mataki *Bram:* 2—37

Frutex indicus baccifer, floribus verticillatis, fructu monopyreno *Raji H.* 1500. Nedum-Schetti, *seu* Pua-Schetti *Mal.* Puula-Padacali *Bram.* 2—21

Frutex indicus baccifer fructu calyculato monopyreno, Negundo dicta Raji H. 1575. v. Vitex trifolia 2—13

Frutex indicus flore dipetalo, capsula oblonga, binis cellulis bina semina continente *Raji H:* 1765. Katou-Pulcolli *Mal.* Rana-Dadumari *Bram:* Arvore ensitho *Lusit.* Koelblad *Belg.* 6—41

Frutex indicus flore dipetalo labiato, siliqua geminata aculeata *Raji H:* 1767. Nir-Schulli *Mal.* Bula-Vanga *Bram.* 2—89

Frutex indicus flore papilionaceo sanguineo, foliis pinnatis, fructu viduus Raji H: 1733. v. Periclymenum. 6—111

Frutex indicus fructu é Styli apice egresso, sextuplici funiculo in spiram convoluto constante *Raji H.* 1765. Helicteres arbor indiæ orientalis, siliqua varicosa, & funiculi in modum contortu plicata *Pluken: P:* 3. *T: CCXLV.* 2. Isora-Murri *Mal.* Tannini *Bram:* Pao de chanco *Lusit.* Schroefboonen *Belg.* 6—55

Frutex indicus fructu aggregato conoide Kaida dictus *Raji H:* 1442. v Ananas. 2—1

Frutex malabaricus flore pentapetalo stellato, fructu pentagono, & pentacocco *Raji H:* 1711. Poeatsjetti *Mal.* Gara *Bram.* Fruita Baretto *Lusit.* Papekappen *Belg* 5—103

Frutex malabaricus trifoliatus, flore penta-

Breyn:

Pin:

folium

Kari-

Lever-

P: 2.

Moda-

Neli-

Olheira

Pao

CCX.

Idou-

sive

Quauh-

Tondi-

Wilde

FINIS

Errata Corrigenda.

Pag. 1. a. lin. 30. *lege Hernand.* b. l. 23. *l.* radice P. 2. a. l. 32 *l.* Hernand. l. 43. *l.* Bamia. b. l. 2. *l.* Abelmosch. l. 30. *l.* Ketmia. P. 3. a. l. 54. *l.* Column. b. l. 17. *l.* Amuli. P. 4. a. l. 33. *l.* Gundo, *Bram*:- 10--73. b. l. 4. *l.* Amomum. l. 24, *l. Raji Hist*: 1 4 8 2. l. 42. *l.* prunifera. P: 7. a. l. 8. *l.* odorato. b. l. 17. *l.* odorato. l. 36. *l.* odoratis. P: 9. a. l. 3 *l.* mucilaginosa. l. 47: *l.* odorata. l. 52. *l.* aromatico. l. 54 *l.* odoratissima. b. l. 9 *l.* Senna. P. 10. a. l. 8 *l.* dicitur. l. 49 & 55 *l. arvore*. P: 11. b. l. 26 *l.* 1570. P: 12. b. l. 40 *l.* ferruginea. l. 42 *l.* CLXI. l. 54 *l* 5. --47. P: 13. a. l. 9. *l.* 1633. l. 19. *l.* 1632. P: 13. b. l. 28. *l.* Convolvulus. P: 14. a. l. 6 & 55 *l.* Cucumerina. P: 15. a. l. 52. *l.* 12--27. P: 17 a. l. 43. *l.* 483. P: 18. a. l. 24 *l.* Gratiolæ. b. l. 1. *l.* 7-63. P: 19 a. l. 11. *l. Hernand.* 87 b. l. 5. *l.* Vitis. l. 43 *l.* uviscra. P. 21 l. 36 *l.* oblonga. P. 23 a. l. 19 *l*, pavonis. P. 26 a. l. 6. *l.* 9-47. P: 28 b. l. 35 *l.* trunco. P: 31 a. l. 13 *l.* rotundo. P: 32 l. 16 *l.* alsine. l. 48 *l. Gelseminum*. P: 33 b. l. 20 *l.* insperso. P: 37 l. 5 *l.* 6--93. b. l. 26 *l.* occidentalis. P: 41 a. l. 23 *l.* Limao. b. l. 21 *l.* siliquis. l. 29 *l.* odorato. P: 45 b. l. 41 *l.* Munnicks Keylen. P: 46 b. l. 33 *l.* 5--97. l. 54 *l.* 10--145. P: 48 a. l. 27 *l. mucilaginosa*. P. 49 b. l. 40. *l.* 6--29. P: 52 a. l. 16 *l.* Pepo. P: 54 a. l. 2 *l.* Crassus. P: 57. a. l. 41 *l.* rosaceo. P: 58 b. l. 40 *l.* 10--151. P: 61 b. l. 3 *l.* odorata. l. 26 *l.* 9--107. P: 62 a. l. 20. *l.* 6--51: P: 65 a. l. 10 *l.* 3-37. b. l. 40. *l.* 12--27. P: 68 b. l. 12. *l.* 7--103.

TOURNEFORTIUS CONTRACTUS,

SUB FORMA

TABULARUM

SISTENS

INSTITUTIONES REI HERBARIÆ

JUXTA METHODUM MODERNORUM,

CUM

LABORATORIO PARISIENSI

EJUSDEM AUTORIS.

ACCEDIT

MATERIA MEDICA

A PAULO HERMANNO

IN CERTAS CLASSES CHARACTERERISTICAS REDACTA,

CUM

DUPLICI SCHEMATISMO,

EXCURSIONIBUS BOTANICIS ET HERBARIIS VIVIS CONFICIENDIS INSERVIENTE.

ACCURANTE

CHRISTOPHORO BERNHARDO VALENTINI.

M. B. Fil.

)o(

FRANCOFURTI AD MOENUM,

PROSTAT APUD JOHANNEM PHILIPPUM ANDREÆ.

ANNO MDCCXV.



SERENISSIME PRINCEPS, DOMINE CLEMENTISSIME,



Ogitanti mihi de magno aliquo literarum Statore, in cujus nomine hæc mea Latina Verſio *Valentiniani Muſei* appareat, cujusve patrocinio munita contra obtrectatores perſtet, in mentem venit SERENITAS TUA, quam ſciebam non ſolum melioris literaturæ eſſe amantiſſimam, ſed benigno quoque numine fovere Muſas, harumque filios ſuſcipere ornandos. Nec enim prodire in lucem ſine tutela, ſineque ſpe patrocinii audebat ſcriptum, hac præſertim obtrectatorum fœcunditate, neque venire in hominum manus geſtiebat ſine cenſura, à tali tantoque peragenda, cujus cum auctoritate, tum judicii acumine ſibi aſſeratur pondus. Qui autem ad utrumque valeat, tuendarum literarum TE majus extare ſtudium velit, explorandis quoque Naturæ myſteriis TE maturius judicandi vim acuerit, ſciebam neminem. Eſt enim hoc SERENISSIMÆ DOMUI TUÆ gentilitium, ſuſcipere patrocinium Muſarum, ac conſuetudinem in illo tuendo ſervare. Non defatigabitur poſteritas, quin potius voluptatem capiet in prædicanda cum incredibili animi magnitudine, tum inexhauſta liberalitate, qua immortalis famæ Princeps LUDOVICUS V. Fidelis, *Abavus Tuus*, A. 1607. d. 7. Octobr. Academiam Giſſenam, ab Se Ludovicianam dictam, condidit: qua GEORGIUS II. *Proavus Tuus*, iſtam ab divino Conditore eodemque Parente ſuo, quod Marburgenſem anno quinto & vigeſimo ab Se reſtauratam, fovere Sibi deliberatum erat, prudenter ſuſpenſam, anno 1650. de integro Giſſam transferri,

ferri, exulesque Musas revocari curavit: qua divinus *Avus Tuus* LUDOVICUS VI. illam haud secus atque pupillam amavit, amatamque fidei puritate juxta ac scientiarum cultura domi servavit splendidam, exteris æstimatam. Quanta vero Serenissimi Domini *Parentis Tui* cura extiterit, & etiamnum extet tuendæ ornandæque Academiæ patriæ, non necesse est, ut hic commemorem, cum unicuique constet, ac exteri etiam æstiment, admirenturque, quam magnis sumtibus Professores vocet, alat, istorum numerum ac stipendia augeat, & quanta magnificentia secularem Academiæ natalem, Jubilæum vocant, fecerit celebrari. Tantis genitus Parentibus SERENISSIME PRINCEPS! in id semper divinioris animi indole incubuisti, quo virtuti sis simillimus, i.e. quo sanctissimis venerabilibusque Parentis, Avi, Majorumque vestigiis incedas. Quem ingeneratum TIBI vigorem omnibus doctrinæ studiis mira ingenii promtitudine perfecisti, itineribus quoque ac consuetudine summorum Principum usque eo evexisti, ut æquales TE admirentur, ac potentissima Magnæ Britanniæ Regina, æstimandis Tuis virtutibus adducta, gratiosissima animi propensione Sua in aula TE tractaverit: nunquam nisi honorificentissime TE appellaverit: TEque abeuntem cum testificatione Suæ in TE voluntatis dimiserit ornatum. Quod numen Tuum, SERENISSIME PRINCEPS! ut sanctum mihi est & venerandum, ita Musis meis velim esse propitium. Tentabit aditum hic præsens liber, quem pace Auctoris Latinitate donavi, quo præfixo nomine TUO, cum sibi apud exteros auctoritatem conciliet, tum me interpretem apud TE ponat in gratiam. Pro incredibili in literas literatosque amore veniam facies audaciæ, quâ *Tibi*, SERENISSIME PRINCEPS! hoc quantulumcunque munus submississima animi pietate offero, huicque Versioni meæ SERENISSIMUM NOMEN TUUM sumo præscribendum. Suscipe igitur ac patrocinio TUO dignare præsentem hunc librum, ab subjectissimo TIBI cliente oblatum, in quo, ceu monumento ære perenniore, forsan & nobiliore, posteritas videat, legat, intelligat, Musas nostras, SERENISSIMI DOMINI PARENTIS Tuaque gratia plus semel recreatas, aliquid ex se promsisse ad gloriam gentis TUÆ, & asserendam ab oblivione laudem, Domui Darmstadinæ propriam & peculiarem. Ego DEUM deprecor, ut TE, secundum SERENISSIMUM DOMINUM PARENTEM, Principalis Familiæ decus, ab omni malo periculoque defendat: vita diuturna & integra valetudine beet: spem Principis, aliquando gloriosissime recturi, de TE concitatam, spatio vitæ omnique felicitate comprobet: stirpem denique ac successionem per TE faciat firmari. Sic vovet

SERENITATI TUÆ


Alsfeldiæ pridie Iduum Julii,
A. MDCCXV.

Subjectissimus servus

JOHANNES CONRADUS BECKER, D.



PRÆFATIO.



Otanicorum Studium ipſamque Rem Herbariam à tempore *Dioſcoridis* exiguum vel omninò nullum incrementum ſumſiſſe, non ſine causâ ſuo quondam tempore conqueſtus eſt *Helmontius*. Noſtris verò annis ſi rediret nunquam ſatis laudandum hoc Scholarum ſuſcitabulum, nullus dubito, quin de ſtatu Herbariorum exclamaturus ſit:

- - - *quantum mutatus ab illo!*

Equidem negari nequit Antiquiſſimos, circa corticem magis quàm nucleum verſando, de ſolis nominibus, non verò de ſolidâ & diſtinctâ herbarum notitia fuiſſe ſolicitos, ut è *Galeni*, *Aetii*, *Æginetæ*, *Plinii*, aliorumque ſcriptis eluceſcit: & quamvis genuinus Plinii interpres *Dalechampius*, ut & *Dodonæus*, *Ruellius*, *Spigelius* fratresq; *Bauhini* exactiorem plantarum hiſtoriam meditati partim, partim & aggreſſi ſint, è tanto tamen Labyrintho ſe extricare non potuerunt, quum filo Modernorum Ariadnæo deſtituti nil niſi Chaos informe & ſcopas ferè diſſolutas poſteris reliquerint. Quamprimum verò *Fabius Columna* & *Andreas Cæſalpinus* tot plantarum myriadas ad certas claſſes certaque genera reduxerunt, eorumque veſtigia *Moriſonus*, *Rajus*, *Hermannus*, *Ammannus*, *Rivinus*, *Tournefort*, & alii preſſius ſecuti ſunt, dici non poteſt, quanta nunc facilitate, quantoque compendio vaſtiſſimus rei herbariæ campus abſolvi & percurri poſſit; & quamvis adhuc aliqua in methodo illorum diſcrepantia occurrat, ita ut hi genera plantarum è floribus, illi ex ſeminibus eorumque capſulis, iſti mox è floribus, mox è ſeminibus & fructibus, alii denique ex omnibus ſimul partibus ſumenda eſſe ſuadeant, diſcrimen tamen illud ita comparatum eſt, ut ceu bivia aut trivia ad regiam tandem viam redeuntia ad eundem Botanophilos ſcopum, h e. ſolidam plantarum notitiam & dignotionem, deducere valeant. Hodegi loco ſervient *Inſtitutiones Rei Herbariæ Joſephi Pitton de Tournefort*, Aquiſextienſis, Doctoris Medici Pariſienſis, Academiæ Regiæ Scientiarum Socii, & in Horto Regio Botanices Profeſſoris, qui ſolertia laboreque indicibili notas plantarum characteriſticas in figuris æneis politiſſimis tam clarè & diſtinctè omnium oculis expoſuit, ut fungum pro cerebro & peponem pro corde habere dixeris, qui non ſtatim è primô illarum intuitu hanc Modernorum methodum addiſcere, plantarumque genera ex amuſſi diſtinguere valeat, dummodo vulgarium & cumprimis officinalium notitiam, per crebriores Excurſiones Botanicas & autopſiam, ſibi priùs comparaverit.

Quan-


Quandoquidem verò liber hic ita comparatus ſit, ut partim ob nimium, quo venit, pretium ab omnibus Philiatris minus coëmi, partim ob utriusque voluminis molem in excurſionibus Botanicis, quas Herbationes vocant, ruri per montes, ſylvas & campos absque moleſtia circumportari non poſſit; hinc filio meo, natu majori, *Chriſtophoro Bernhardo Valentini*, animum ad ſtudium hocce applicanti, nuper autor fui, ut nucleum & medullam quaſi extrahendo quasvis Plantarum Claſſes ex Autore ſic in Tabulis diſponeret, ut uno ſtatim intuitu omnibus illarum generibus (literis obliquis ſeu curſivis expreſſis) ob oculos poſitis ſpecies ſubalternatæ (hinc inde quoque adjectæ) eò facilius addiſci & diſtingui poſſint. Ne verò ſterilis ſit comparata inde plantarum notitia, ſuaſi inſuper, ut notas characteriſticas, quêis univerſam Materiam Medicam diſtinxit Celeberrimus *Paulus Hermanni* in *Collegio MSC.* à multis in pretio habito, ſimilibus in Tabulis diſtingueret, ut ſimul plantarum vires, à *Simone Paulli* in *Quadripartito Botanico* & *Joh. Rajo* in *Hiſtoria Plantarum* longè elegantius quàm in Herbariis *Theodori Tabernæmontani*, *Matthioli*, *Loniceri*, *Tragi*, *Lobelii*, *Pancovii*, aliorumque traditas, addiſcere & in futurum uſum medicum ſibi firmiter imprimere valeret. Utroque inſtituto hoc ex voto ſuccedente, permiſi tandem ut *Præparationes Chymicas*, à *Turnefortio* in Collegio publico olim traditas, cum annotationibus & ætiologiis à me adjectis, ſubjungendo panopliam quaſi traderet, quâ medicamenta probatiſſima è ſimplicibus, in Tabulis enumeratis, ſolidè & rationabiliter præparari & in Praxi demum feliciter applicari poſſint ac debeant. *Figuræ æneæ* per adſcripta nomina ſeipſas explicabunt, exceptâ fortè majore in Tab. I. ubi Partes Florum ſiſtuntur in Flore Coronæ Imp. ita ut Num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. deſignata *petala* alimentum capiant à *pedunculo* Num. 7. illudque inſtar viſcerum perficiendo *fructui* naſcenti Num. 8. ſuppeditent: ineptis humoris partibus per *ſtamina* ſeu vaſa excretoria Num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. abeuntibus in *apices* ſeu receptacula 15. 16. 17. 18. 19. 20. quæ circumponuntur *piſtillo* hîc extra florem eminenti. Tandem *calyx* nihil aliud eſt, quam baſis & nodus inferior florem firmans & defendens quaſi ab injuriis externis: neque aliud eſt, quam productio exterioris tunicæ in germine. His obſervatis plantarum characteres eorumque deſcriptiones, cuilibet Claſſi & Sectioni ab Autore præmiſſæ, facile poterunt intelligi. Ut verò in plantis ſpontè pullulantibus inquirendis & colligendis eò felicius progredi, earumque locum natalem & florendi tempus accuratius obſervare poſſint Botanophili, addimus pro coronide duplicem Tabulam, quarum altera è *Laurembergio* & *Simone Paulli* formata, altera autem à Celeberrimo quondam Medico, *Theophilo Kentmanno*, conſignata, & Anno 1609. Giſſæ Haſſorum correctius & auctius edita eſt: quæ utraque cum utilitate, tum raritate LECTORI BENEVOLO ſe facile commendabit, quem cum omnigenæ proſperitatis apprecatione his optimè valere jubeo. *Dab. Giſſæ Heſſorum, die 20. April. A. 1715.*

MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI,
Archiater & P. P. Giſſenſ.

INSTI-

PARTES FLORUM
Simplicium.

Flos Campaniformis.





Flos Campanif: tubulatus:



Flos Hypocrateriformis.



Flos Infundibuliformis.



Flos Rotatus.



Flos Cruciformis.



Flos Caryophillæus.



Flos Rosaceus.



FLORES APETALI sive STAMINEI.

Flos Avenæ.



Flos Sparganii:



Flos Equiset.



Flos Campaniformis globosus.



Flos Liliaceus.



Flos Belladonæ Campaniformis multifidus




FLORES COMPOSITI.

Flos Radiatus.



Flos flosculosus.



Flos semiflosculosus.



FLORES ANOMALI.


Flores Polypetali anomali.




Fl: Papilionaceus.



Flos Personatus.



Flores Monopetali anomali.





Flos Labiatus.



INSTITUTIONUM BOTANICARUM
CLASSIS I.
DE
HERBIS FLORE MONOPETALO CAMPANIFORMI.

SECTIO

Herbæ Flore Monopetalo Campaniformi.

- 1. Cujus Piſtillum abit in fructum mollem & craſſiuſculum.
  - *Mandragora.*
  - *Belladonna.*
- 2. Piſtillum abit in fructum mollem & exiguum.
  - *Lilium convallium*
    - flore albo.
    - flore rubro.
  - *Polygonatum.*
  - *Ruſcus.*
- 3. Piſtillum abit in fructum ſiccum, ſeu teſtam unicapſularem in nonnullis, in aliis in multicapſularem.
  - *Ceriinthe.*
  - *Gentiana*
    - Major
    - Minor
      - cruciata.
      - gentianella.
  - *Hydrophyllon.*
  - *Soldanella.*
  - *Convolvulus.*
  - *Tithymalus.*
  - *Glaux.*
- 4. Cujus Piſtillum abit in unicum ſemen.
  - *Oxys,* ſeu Trifol. acetoſ.
  - *Rhabarbarum* ſ. Rhaponticum.
- 5. Piſtillum abit in fructum ex vaginulis aut folliculis conſtantem.
  - *Cotyledon.*
  - *Apocynum.*
  - *Periploca.*
  - *Aſclepias.*
- 6. è cujus fundo tubus exſurgit piſtillum excipiens, quod in fructum multicapſularem abit.
  - *Malva*
    - vulgar.
    - criſpa.
    - roſea.
  - *Althæa.*
  - *Alcea.*
  - *Malacoides.*
  - *Abutylon*
    - Alcea Veſicar.
  - *Ketmia*
    - Abelmoſch.
  - *Xylon.*
- 7. Cujus calyx abit in fructum plerumque carnoſum.
  - *Bryonia*
    - Vit. alb.
    - Momordica Ind. ſcand. ſ. fœt.
  - *Tamnus.*
  - *Sicyoides.*
  - *Momordica*
  - *Cucumis*
    - ſativ.
    - aſininus ſylveſtris.
  - *Pepo.*
  - *Melopepo.*
  - *Anguria.*
  - *Cucurbita.*
  - *Colocynthis.*
- 8. Cujus calyx abit in fructum ſiccum.
  - *Campanula*
  - *Rapunculus.*
    - Cervicaria.
    - Rapunc.
      - Hort.
      - Sylv.
    - Speculum Veneris.
- 9. Cujus calyx abit in fructum gemellum.
  - *Rubia.*
  - *Apparine.*
  - *Gallium.*
  - *Cruciata.*

CLASSIS II.

DE HERBIS FLORE MONOPETALO INFUNDIBULIFORMI ET ROTATO.

Herbæ Flore Monopetalo infundibuliformi & rotato.

SECTIO

1\. Gaudens Flore infundibuliformi, cujus Pistillum abit in fructum
- *Quamoclit.*
- *Menyanthes*
  - Trifol. pal. majus.
  - — — fibrinum.
- *Nicotiana.*
- *Hyoscyamus*
  - vulgar.
  - albus
    - major.
    - minor.
- *Stramonium.*
- *Pervinca.*
- *Auricula Ursi.*
- *Centaurium minus.*

2\. Cujus Flos Hypocrateriformis, quoad pistillum abit in fructum
- *Androsace.*
- *Primula Veris.*
- *Plantago*
  - latifolia.
  - rosea.
  - angustifolia.
- *Coronopus.*
- *Psyllium.*

3\. Cujus Flos infundibuliformis, quoad calycem, abit in fructum
- *Jalapa, seu Solanum Mexican.*
- *Rubeola*
- *Trachelium*
  - Cervicaria Valerian.
  - Pyramidalis.
- *Valeriana.*
- *Valerianella.*

4\. Cujus Flos infundibulif. vel rotatus pistillum alit 4. veluti embryonibus stipatum, in totidem semina abeuntibus & in calice maturescentibus
- *Borrago* flore
  - cœruleo.
  - candido.
- *Buglossum*
  - Cynoglossum minus.
  - Anchusa
    - major.
    - minor.
  - Echioides
- *Asperugo.*
- *Echium.*
- *Pulmonaria.*
- *Lithospermum.*
- *Symphytum*
  - majus
  - minus
  - tuberos. rad.
- *Heliotropium.*
- *Cynoglossum.*
- *Omphalodes.*

5\. Flore infundibulif. & sem. singular.
- *Plumbago.*

6\. Fl. rotato, cujus pistillum abit in fructum siccum
- *Lysimachia*
  - Nummularia
    - major.
    - minor.
  - Ephemeron Spur. Lob.
- *Samolus, seu Anagallis aquatica.*
- *Veronica*
  - Pseudo-Chamædris.
  - Lysimachia Spicata.
- *Chrysosplenium.*
- *Polemonium,* seu *Valeriana Græca.*
- *Verbascum.*
- *Blattaria.*

7\. Fl. rotato, cujus pistillum abit in fructum mollem
- *Solanum.*
- *Lycopersicon,* seu *Poma amoris.*
- *Alkekengi.*
- *Melongena.*
- *Capsicum.*
- *Nymphoides.*
- *Cyclamen.*
- *Moschatellina.*

8\. Cujus calyx abit in fructum
- *Pimpinella*
  - Major.
  - Minor
    - lævis.
    - hirsuta.
    - inodora.

CLASSIS III.

DE HERBIS ET SUFFRUTICIBUS FLORE MONOPETALO ANOMALO.

Herbæ Flore Monopetalo, Anomalo, in

- *Sect.* 1. Aurito vel cucullato.
  - *Arum*
    - non maculatum.
    - maculat. mac.
      - candid.
      - nigris.
  - *Dracunculus.*
  - *Arisarum*
    - latifolium.
    - triphyllum.
- 2. Tubulato in linguam desinente.
  - *Aristolochia*
    - rotunda.
    - longa
      - vera.
      - Hisp.
      - pistol.
  - *Rapuntium.*
- 3. Utrinque patente.
  - *Bignonia.*
  - *Digitalis*
    - Purpur.
    - Fl. candid.
    - Minim. Gratiola dicta,
    - Minor angustif.
  - *Pinguicula.*
  - *Scrophularia.*
- 4. Tubulato personato.
  - *Antirrhinum*
    - Vulg. maj.
    - Arvense.
  - *Linaria.*
  - *Asarina.*
  - *Pedicularis*
    - Purpur. vulg.
    - Lut. s. Crista Gall.
  - *Melampyrum.*
  - *Euphrasia*
    - Officin.
    - Min.
  - *Polygala.*
  - *Alhatoda.*
  - *Orobanche.*
- 5. In annulum desinente.
  - *Acanthus*
    - Sativus seu Branca urs.
    - Sylvest.

CLASSIS IV.
DE
HERBIS ET SUFFRUTICIBUS FLORE MONOPETALO LABIATO.

Herbæ Flore Monopetalo Labiato, in

SECTIONE

- **1.** Habent labium ſuperius galeatum vel falcatum.
  - *Phlomis.*
  - *Horminum.*
  - *Sclarea.*
  - *Salvia*
    - Latifolia.
    - Tenuifolia.
    - Fol. variegat. ſ. picta.
  - *Dracocephalon.*
  - *Caſſida.*
  - *Brunella.*
- **2.** Habent labium ſuperius cochlearis inſtar excavatum.
  - *Lamium*
    - album vulg.
    - purpureum.
  - *Moldavica* ſeu *Meliſſa Turcica.*
  - *Ballote.*
  - *Galeopſis*
    - Lamium maximum Sylv.
    - Urtica aculeata.
    - Sideritis arvenſis.
  - *Stachys.*
  - *Cardiaca.*
  - *Leonurus.*
  - *Molucca.*
  - *Pſeudodictamnus.*
  - *Mentha*, quo pertinet
    - Calamintha arv.
    - Pulegium.
  - *Marrubiaſtrum.*
  - *Lycopus.*
- **3.** Habent labium ſuperius erectum.
  - *Syderitis.*
  - *Marrubium.*
  - *Meliſſa.*
  - *Calamintha*
    - Vulg. officin.
    - Pulegium Sylv.
    - Hedera terreſtris.
  - *Clinopodium.*
  - *Roſmarinus.*
  - *Thymus*, quo pertinet
    - Thymus vulg.
    - Serpentar. Virgin.
  - *Serpillum.*
  - *Satureja.*
  - *Thymbra.*
  - *Lavandula.*
  - *Origanum*, quod l.
    - Vulgar. & Sylv. vel Creticum ſeu Dictamnus Cret.
  - *Majorana.*
  - *Verbena.*
  - *Hyſſopus.*
  - *Stoechas.*
  - *Cataria.*
  - *Betonica.*
  - *Ocymum.*
- **4.** Gaudent flore monopetalo unilabiato.
  - *Chamædris*, quò ref.
    - Scordium.
    - Salvia Sylv.
  - *Polium.*
  - *Teucrium.*
  - *Chamæpytis.*
  - *Bugula.*

CLASSIS V.

DE HERBIS FLORE POLYPETALO CRUCIFORMI.

Herbæ Flore Polypetalo Cruciformi gaudentes IX. habent Sectiones, quarum

- 1. Est, cujus pistillum abit in fructum unicapsularem non siliquosum
  - *Jonthlaspi.*
  - *Rapistrum.*
  - *Myagrum.*
  - *Isatis.*
  - *Crambe*
- 2. Cujus pistillum abit in fructum satis brevem, bifariam divisum, septo intermedio, respectu valvarum, ad perpendiculum obliquè posito.
  - *Thlaspis*, quo
    - Bursa past. maj.
    - Nasturtiol.
    - Rosa de Jerich.
  - *Nasturtium.*
  - *Thlaspidium.*
  - *Cochlearia*
    - Lepid. glastif.
    - Raph. Rustic.
  - *Lepidium.*
  - *Bursa Past.*
- 3. Cujus pistillum abit in fructum septo intermedio valvis parallelo, bifariam divisum.
  - *Alysson.*
  - *Alyssoides.*
  - *Lunaria.*
- 4. Cujus pistillum abit in fructum siliquosum, bicapsularem.
  - *Brassica*
    - vulgaris.
    - capitata.
    - Sabauda.
    - caulorapa
    - asparagod.
    - cauliflor.
  - *Leucojum.*
  - *Hesperis.*
  - *Turritis.*
  - *Cardamine*
    - Nasturt. prat.
    - Nast. aquat.
  - *Dentaria.*
  - *Sisymbrium*
    - Raphan. aquat.
    - Sophia Med.
  - *Eruca.*
  - *Sinapi.*
  - *Erysimum.*
  - *Rapa.*
  - *Napus.*
  - *Raphanus.*
- 5. Cujus pistillum abit in siliquam articulosam.
  - *Raphanistrum.*
  - *Hypecoon.*
- 6. Cujus pistillum abit in siliquam unicapsularem.
  - *Chelidonium.*
  - *Sinapistrum.*
  - *Epimedium.*
- 7. Cujus pistillum abit in fructum in terna aut quaterna loculamenta divisum.
  - *Erucago.*
- 8. Cujus pistillum abit in plurima semina in capitulum collecta.
  - *Potamogeton*
    - Tribulus aquat. minor.
    - Millefol. aquat.
- 9. Cujus pistillum abit in fructum mollem.
  - *Herba Paris.*

CLASSIS VI.
DE
HERBIS FLORE ROSACEO.

Herbæ Flore Rosaceo IX. Genera habent, quorum

1. Est, cujus pistillum abit in fructum unicapsularem, bifariam transverse hiescentem.
   - *Amaranthus.*
   - *Portulaca.*

2. Cujus pistillum aut calyx abeunt in fructum unicapsularem.
   - *Papaver.*
   - *Argemone.*
   - *Anapodophyllon.*
   - *Opuntia.*
   - *Granadilla.*
   - *Murucuja.*
   - *Mitella.*
   - *Alsine* quò pertinet { Caryophyll. arvens. / Spergula.
   - *Alsinastrum.*
   - *Myosotis.*
   - *Ros Solis.*
   - *Parnassia.*
   - *Juncus.*
   - *Kali.*
   - *Telephium.*
   - *Helianthemum.*
   - *Androsæmum.*

3. Cujus pistillum abit in fructum plerumque bicapsularem.
   - *Geum.*
   - *Saxifragia.*
   - *Salicaria.*
   - *Glaucium* seu *Papav. Cornicul.*

4. Cujus pistillum abit in fructum multicapsularem.
   - *Hypericum.*
   - *Ascyrum.*
   - *Pyrola.*
   - *Damasonium.*
   - *Ruta.*
   - *Harmala.*
   - *Nigella.*
   - *Fabago.*
   - *Corchorus.*
   - *Cistus.*
   - *Nymphæa.*

5. Cujus pistillum abit in fructum, in quo veluti nidulantur semina.
   - *Nelumbo.*
   - *Capparis.*

6. Cujus pistillum abit in fructum ex plurimis veluti capsulis compositum.
   - *Sedum.*
   - *Anacampseros.*
   - *Ulmaria.*
   - *Barba Capræ.*
   - *Fagonia.*
   - *Juncago.*
   - *Geranium.*
   - *Talictrum.*
   - *Butomus.*
   - *Helleborus*, sub quò Aconit. min.
   - *Veratrum.*
   - *Populago.*
   - *Pæonia.*
   - *Tribulus.*

7. Cujus pistillum abit in fructum ex plurimis seminibus in capitulum quoddam collectis compositum.
   - *Anemone.*
   - *Pulsatilla.*
   - *Ranunculus.*
   - *Filipendula.*
   - *Clematitis.*
   - *Caryophyllata.*
   - *Fragaria.*
   - *Pentaphyll.*
   - *Tormentill.*
   - *Pentaphyllodes.*

8. Cujus pistillum vel calyx abit in fructum mollem.
   - *Christophoriana.*
   - *Phytolacca.*
   - *Aralia.*
   - *Asparagus.*

9. Cujus calyx abit in fructum siccum.
   - *Cuminoides.*
   - *Circæa.*
   - *Agrimonia.*
   - *Agrimonoides.*
   - *Onagra.*
   - *Chamænerion.*

CLASSIS VII.
DE
HERBIS FLORE POLYPETALO ROSACEO UMBELLATO.

Herbæ Flore Monopetalo Rosaceo umbellato

- **1.** Circinatò dispoſito, cujus calyx abit in duo ſemina exigua & ſtriata.
  - *Ammi.*
  - *Apium*
    - Petroſelin.
      - Vulg.
      - Maced.
    - Aniſum.
  - *Cicuta.*
  - *Carvi.*
  - *Phellandrium.*
  - *Bulbocaſtanum.*
  - *Daucus*
    - ſativus ſ. Paſtinaca tenuis.
    - ſylveſtris
  - *Sium.*
  - *Siſarum.*
  - *Tragoſelinum.*
  - *Buplevrum.*
- **2.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx in 2. ſemina anguſta, oblonga & ſatis craſſa abit.
  - *Fœniculum*
    - Cumin. ſativ.
    - Seſeli Maſſil.
  - *Meum.*
  - *Oenanthe.*
  - *Angelica.*
  - *Aſtrantia.*
  - *Chærophyllum.*
  - *Myrrhis.*
- **3.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx in 2. ſemina ſubrotunda & craſſiora abit.
  - *Smyrnium.*
  - *Coriandrum.*
- **4.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx abit in 2. ſemina plana, ovata, ſatis ampla.
  - *Imperatoria.*
  - *Crithmum.*
  - *Anethum.*
  - *Peucedanum.*
- **5.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx abit in 2. ſemina ovata, plana, ampla.
  - *Oreoſelinum.*
  - *Thyſſelinum.*
  - *Paſtinaca* Latifolia
    - Sativ.
    - Sylv.
  - *Sphondylium.*
  - *Tordylium*
    - maj.
    - min. ſ. ſeſeli Cret.
  - *Ferula.*
  - *Thapſia.*
- **6.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx abit in 2. ſemina ampla & profundis ſtriis excavata.
  - *Cicutaria.*
  - *Caucalis.*
  - *Liguſticum.*
  - *Laſerpitium.*
- **7.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx abit in 2. ſemina cortice fungoſo obducta.
  - *Cachrys.*
- **8.** Circinatò diſpoſito, cujus calyx abit in 2. ſemina in caudam longam deſinentia.
  - *Scandix.*
- **9.** Flore umbellato, in capitulum conglobato.
  - *Sanicula.*
  - *Eryngium.*
  - *Hydrocotyle.*

CLASSIS VIII.

DE HERBIS FLORE POLYPETALO CARYOPHYLLÆO.

Herbæ Flore Polypetalo Caryophyllæo, cujus

- 1. Piſtillum abit in fructum.
  - *Caryophyllus*
    - ſimplex
      - hortenſis.
      - ſylveſtr.
        - maj.
        - muralis.
    - plenus
      - maximus.
      - Carthuſianorum.
  - *Lychnis*
    - coronaria.
    - viſcoſa.
    - ſylveſtris
      - Saponaria.
      - Flos cuculi.
  - *Cucubalus* vel Alſine baccifera.
  - *Linum*
    - ſativum, vulg. cœruleum.
    - perenne
      - majus.
      - minus.
    - arvenſe.
    - ſylveſtre.
    - maritimum.
    - pratenſe.
    - Luſitanicum.
    - Alpinum.
- 2. Piſtillum abit in ſemen calyce ipſo involutum.
  - *Statice*
    - Caryophyll. mont.
      - major.
      - minor.
      - minimus.
    - Caryophyllus Alpinus.
    - Luſitanica
      - Scorzon. fol.
      - fruticoſa.
      - capillar. fol.
  - *Limonium*
    - Maritimum
      - Majus.
      - Minus.
      - Minimum.
    - Fruticoſum.
    - Reticulatum.
    - Siculum.
    - Luſitanicum.
    - Hiſpanicum.
    - Valentinum.

CLASSIS IX.

DE HERBIS FLORE LILIACEO.

Herbæ Flore Liliaceo

- 1. Monopetalo, in ſex partes ſecto, cujus piſtillum abit in fructum.
  - *Aſphodelus.*
  - *Lilio-Aſphodelus.*
  - *Hyacinthus.*
  - *Muſcari,* quo ref. Hyacinth.
    - Racemoſus.
    - Comoſus.
  - *Colchicum.*
- 2. Monopetalo, in ſex partes ſecto, cujus calyx abit in fructum.
  - *Crocus*
    - autumnalis
    - vernus.
  - *Narciſſus.*
  - *Iris,* quæ vel
    - hortenſis.
    - ſylv.
      - pratenſis.
      - paluſtris.
  - *Xiphion.*
  - *Siſyrinchium.*
  - *Gladiolus.*
  - *Aloë.*
  - *Cannacorus*
    - Canna Indica.
    - Curcuma.
- 3. Tripetalo.
  - *Ephemerum,* ſ. Phalangium Virginianum.
- 4. Hexapetalo, cujus piſtillum abit in fructum.
  - *Phalangium.*
  - *Liliaſtrum.*
  - *Lilium.*
  - *Lilio-Hyacinthus,* ſ. Hyac. ſtellatus fol. (& rad. lil.
  - *Corona Imperialis.*
  - *Tulipa.*
  - *Fritillaria.*
  - *Dens Canis.*
  - *Ornithogalum.*
  - *Porrum.*
  - *Cepa,* quò pertinet
    - ſativa
      - vulgaris.
      - foſſilis.
    - juncifol. ſ. allium ſylv.
  - *Allium.*
- 5. Ex petalis ſex compoſito, cujus calyx abit in fructum.
  - *Lilio-Narciſſus.*
  - *Narciſſo-Leucojum.*
  - *Bermudiana,* quæ vel iridis / palmæ fol.

CLASSIS X.
DE
HERBIS FLORE POLYPETALO, PAPILIONACEO.

Herbæ Flore Polypetalo, Papilionaceo, cujus

- 1. Piſtillum abit in ſiliquam unicapſularem & brevem.
  - *Glycyrrhiza.*
  - *Cicer.*
  - *Lens.*
  - *Onobrychis.*
  - *Vulneraria.*
  - *Dorycnium.*
- 2. Piſtillum abit in ſiliquam unicapſularem longam.
  - *Faba*, quæ vel
    - major.
    - minor.
    - minima.
  - *Lupinus.*
  - *Orobus.*
  - *Piſum*
    - majus quadratum.
    - minus
      - hortenſe.
      - arvenſe fruct.
        - albo.
        - cœrul.
        - virid.
  - *Lathyrus.*
  - *Clymenum.*
  - *Ochrus.*
  - *Vicia.*
  - *Ervum.*
  - *Galega*, quæ vel
    - Vulgaris.
    - Africana.
    - Americana.
  - *Aſtragaloides.*
  - *Aphaca.*
- 3. Piſtillum abit in ſiliquam articuloſam.
  - *Securidaca.*
  - *Ornithopodium.*
  - *Ferrum equinum.*
  - *Hedyſarum.*
  - *Scorpioides*, ſiliquis vel
    - lenibus.
    - aſperis.
- 4. Foliis ternis.
  - *Lotus.*
  - *Trifolium.*
  - *Melilotus*, quò ref. Trifolium prat. luteum.
  - *Anonis.*
  - *Fœnumgræcum.*
  - *Medica.*
  - *Medicago.*
  - *Phaſeolus*
    - Vulgaris.
    - Americanus.
    - Braſilianus.
    - Ægyptiacus.
- 5. Piſtillum abit in ſiliquam bicapſularem.
  - *Aſtragalus.*
  - *Tragacantha.*
  - *Pelecinus.*

CLASSIS XI.

DE HERBIS FLORE POLYPETALO ANOMALO.

Herbæ Flore Polypetalo Anomalo, cujus

1. Piſtillum abit in fructum unicapſularem.
   - *Balſamina*
     - Fœmina.
     - Indica.
     - Noli me tangere.
   - *Viola*
     - Martia.
     - Flos Trinitatis.
   - *Fumaria*, quò ref.
     - Fum. Officin.
     - Radix cava.
   - *Capnoides.*
   - *Reſeda.*
   - *Luteola*
     - Salicis folio.
     - Luſitanica.
     - Pyrenaica.
2. Piſtillum abit in fructum multicapſularem.
   - *Seſamoides.*
   - *Aconitum*, ſub quo
     - Napellus.
     - Antithora.
   - *Delphinium*, ad quod pertin.
     - Conſol. Reg.
     - Staphiſagr.
   - *Aquilegia.*
   - *Fraxinella.*
   - *Cardamindum*, ſ. Naſt. Indicum.
   - *Melianthus.*
   - *Corindum.*
3. Calyx abit in fructum.
   - *Orchis*
     - Cynoſorchis.
     - Palma Chriſti.
   - *Helleborina.*
   - *Calceolus.*
   - *Limodorum.*
   - *Ophris*
     - bifolia.
     - — — bulboſ.
     - trifolia.
     - paluſtris.
     - minima.
   - *Nidus avis*, ſ. Orobanche.

CLASSIS XII.
DE
HERBIS FLORE FLOSCULOSO.

Herbæ Flore Flosculoso

- 1. Sterili.
  - *Xanthium*
    - Diosc. s. Lappa minor.
    - Canadense.
    - Lusitanicum.
  - *Ambrosia.*
  - *Gnaphalodes.*
- 2. Semine pappis instructo.
  - *Carduus*, quò ref.
    - Jacea lutea.
    - Card. Mariæ.
  - *Cynara.*
  - *Jacea.*
  - *Cyanus.*
  - *Cirsium.*
  - *Centaurium majus.*
  - *Lappa*, cujus species Lappa
    - Major.
    - Maxima.
    - Montan.
  - *Cnicus.*
  - *Petasites*
    - Major s. vulgaris.
    - Minor.
  - *Cacalia.*
  - *Elychrysum.*
  - *Filago.*
  - *Conyza.*
  - *Eupatorium.*
  - *Senecio*
    - Vulgaris.
    - Americanus.
- 3. Semine pappis nequaquam instructo.
  - *Carthamus.*
  - *Absinthium*
    - Vulgare.
    - Ponticum.
  - *Abrotanum.*
  - *Artemisia.*
  - *Santolina.*
  - *Gnaphalium.*
  - *Tanacetum*
    - vulg. luteum.
    - crispum.
    - hortens. seu mentha corymbi- (fera.
- 4. Flosculis in lacinias æquales divisis & calyci proprio insidentibus.
  - *Echinopus.*
- 5. Flosculis in lacinias inæquales ut plurimum divisis & calyci proprio insidentibus.
  - *Scabiosa.*
  - *Dipsacus*
    - sativus.
    - sylvester.
    - folio laciniato.
    - Gigantæus.
    - Indicus.
  - *Globularia.*

CLASSIS XIII.

DE HERBIS FLORE SEMI-FLOSCULOSO.

Herbæ Flore Semi-Flosculoſo

- 1. Semine Pappis inſtructo.
  - *Dens Leonis.*
  - *Hieracium,* quò
    - Pulmonaria Gallic.
    - Auric. muris Hiſpan.
  - *Lactuca*
    - vulg.
    - intybacea.
    - criſpa.
    - ſylveſtr.
  - *Sonchus.*
  - *Chondrilla.*
  - *Zacintha,* ſ. Chondrilla Verrucaria.
  - *Scorzonera.*
  - *Tragopogon*
    - pratenſe
      - majus.
      - minus.
    - porri folio.
    - hirſutum.
- 2. Semine nullis Pappis inſtructo.
  - *Catanance* flore
    - plen. cærul.
    - lut.
      - latifol.
      - anguſtif.
  - *Hedypnois.*
  - *Cichorium*
    - ſativum
      - latifol.
      - anguſtifol.
    - ſylveſt. officin.
  - *Lampſana.*
  - *Rhagadiolus.*
  - *Scolymus*
    - Chryſanthemus annuus.
    - Chryſanth. African.

CLASSIS XIV.

DE

HERBIS FLORE RADIATO.

Herbæ Flore Radiato

- 1. Semine Pappis instructo.
  - *Aster*
    - Atticus
      - vulgaris.
      - Alpinus.
    - arvensis.
  - *Virga aurea.*
  - *Jacobæa*
    - vulg.
    - Alpina.
    - Hispanica.
  - *Tussilago.*
  - *Doronicum.*
- 2. Seminibus capitulo foliato instructis.
  - *Tagetes* seu Flos Africanus
    - Major.
    - Minor.
  - *Corona Solis.*
- 3. Semine Pappis & Capitulis foliosis carente.
  - *Bellis*
    - hortens.
      - rubra.
      - varieg.
      - alba.
      - prolifera.
    - sylv.
  - *Chrysanthemum.*
  - *Leucanthemum*
    - Bellis major.
    - montan.
  - *Matricaria.*
  - *Chamomelum*
    - Vulgare.
    - Romanum.
  - *Cotula.*
  - *Buphthalmum.*
  - *Millefolium.*
  - *Ptarmica*
    - Vulgar. Pratens.
    - Alpina.
  - *Asteriscus.*
- 4. Seminibus in capsulâ reconditis.
  - *Caltha*
    - vulgaris.
    - Polyanthos.
- 5. Cujus discus ex petalis planis componitur.
  - *Xeranthemum.*
  - *Carlina*
    - Acaulos.
    - Caulescens.
    - Sylvestris.

CLASSIS XV.
DE
HERBIS FLORE APETALO ſ. STAMINEO.

Herbæ Flore Apetalo ſ. Stamineo

- 1. Cujus calycis poſterior pars abit in fructum.
  - *Aſarum*
    - Dodon.
    - Americanum.
    - Virginianum.
  - *Beta*
    - alba.
    - rubra
      - major.
      - minor.
- 2. Cujus piſtillum abit in ſemen calyce obvolutum.
  - *Acetoſa.*
  - *Lapathum.*
  - *Atriplex*, quæ vel
    - hortenſis
    - ſylveſtris.
      - alba.
      - rubra.
  - *Chenopodium*, ad quod pert.
    - Botrys.
    - Bonus Henr.
  - *Blitum.*
  - *Herniaria.*
  - *Paronychia*
    - Narbonenſis.
    - Hiſpanica
    - Luſitanica.
      - Supina.
      - fruticoſ.
  - *Alchimilla.*
  - *Parietaria.*
  - *Perſicaria*
    - mitis
      - maculoſa.
      - non maculoſa.
    - urens ſ. Hydropiper.
  - *Polygonum.*
  - *Fagopyrum.*
  - *Biſtorta*
    - Vulg. major & med.
    - Alpina
      - maxima.
      - media.
      - minor.
- 3. Apetalo, quæ Cereales appellantur, earumque affines.
  - *Triticum.*
  - *Secale*
    - vernum, vel minus C. B.
    - hybernum, vel majus C. B.
  - *Hordeum.*
  - *Oryza.*
  - *Avena*
    - alba, ſeu vulgaris.
    - nigra tenuior.
  - *Milium.*
  - *Panicum.*
  - *Gramen*
    - Loliaceum.
    - Spicatum.
    - Dactylon.
    - Paniculatum.
    - Avenaceum.
  - *Arundo.*
- 4. Apetalo in capitulum ſquamoſum collecto.
  - *Cyperus*
    - Rotundus, vulg. C. B.
    - Americanus.
    - Orientalis.
  - *Scirpus.*
- 5. Apetalo in eadem planta à floribus ſejuncto.
  - *Cyperoides.*
  - *Typha* paluſtris
    - major.
    - media.
    - minor.
  - *Sparganium.*
  - *Mays.*
  - *Lacryma Jobi.*
  - *Ricinus*, qui vel
    - Vulgaris.
    - American.
    - African.
    - Zeylanicus.
- 6. Apetal. quarum aliæ in eodem genere floribus, aliæ verò fructibus plerunque donantur.
  - *Equiſetum.*
  - *Spinacia.*
  - *Mercurialis*
    - teſticulata ſ. mas.
    - ſpicata ſ. fœmin.
  - *Urtica.*
  - *Cannabis.*
  - *Lupulus*
    - Mas.
    - fœmin.

CLASSIS XVI.

DE HERBIS QVÆ FLORIBUS CARENT, ET SEMINE DONANTUR.

Herbæ, quæ Floribus carent, & semine donantur.

- 1. Quarum fructus foliis innascuntur.
  - *Filix*
    - Arborescens.
    - Ramosa.
    - Non ramósa.
  - *Lonchitis*
    - aspera
      - major.
      - minor, seu adianth. nigr.
    - glabra.
  - *Trichomanes.*
  - *Polypodium*
    - vulgare.
    - minus.
    - majus fol.
      - acuto.
      - serrato.
  - *Ruta muraria.*
  - *Filicula*
    - fontana
      - major s. adianth. alb.
      - minor.
    - montana.
  - *Adiantum* seu Capillus Veneris.
  - *Asplenium*
    - Offic. Ceterach.
    - ramosum.
    - villosum.
    - crispum.
  - *Lingua Cervina.*
  - *Hemionitis*
    - vulgaris.
    - peregrina Clus.
    - Lusitan.
    - maxima
      - trifol.
      - quinquefol.
    - varia.
- 2. Quarum semina foliis non innascuntur.
  - *Osmunda*
    - Filix florida.
    - Lunaria racemosa.
    - Lonchit. hirsuta.
    - Adianthum Saxosum.
  - *Ophioglossum*
    - vulgare.
    - fol. anguloso.
    - minus.
    - bilingue
      - majus.
      - med.
      - minus.
    - palmatū.
    - cordiforme.
  - *Lichen*
    - arboreus.
    - saxatilis
    - pyxidatus
      - maj.
      - min.

CLASSIS XVII.

DE HERBIS QUARUM FLORES ET FRUCTUS vulgò DESIDERANTUR.

Herbæ, quarum Flores & Fructus vulgò desiderantur, sunt

- 1. Herbæ terrestres floribus & fructibus vulgò destitutæ
  - *Muscus*
    - capillaceus.
    - squamosus.
    - pennatus.
  - *Fungus.*
  - *Fungoides*, quo pertinent
    - Fungi Seminiferi
    - Pezicæ.
  - *Boletus.*
  - *Agaricus*
    - Officin. è Larice.
    - Pedis equini facie.
    - Auricul. formâ s. Aur. Jud.
  - *Lycoperdon*
    - maximum, Chir. Bovista.
    - medium.
    - pulverulentum.
  - *Coralloides.*
  - *Tubera.*
    - Matth.
    - Testiculorum form.
- 2. Herbæ Marinæ aut fluviatiles floribus & fructibus vulgò carentes.
  - *Fucus.*
  - *Alga*
    - angustifolia Vitriariorum.
    - graminea
      - minor.
      - seminifera.
    - fluviatilis.
    - capillacea.
  - *Acetabulum.*
  - *Corallina*
    - fistulosa.
    - geniculata.
    - muscosa &c.
  - *Corallium*
    - album.
    - flavum.
    - rubrum
      - intens.
      - ros. col.
  - *Madrepora.*
  - *Lithophyton*
    - Corallium nigrum s. antip.
    - frutic. marin.
  - *Tubularia.*
  - *Spongia*
    - compressa
      - magna
      - exig. form.
    - globosa.
    - ramosa.
    - villosa.
    - Americana.
  - *Eschara.*
  - *Alcyonium*
    - durum.
    - molle.
    - stuposum.
    - tuberosum.
    - vermiculatum.

CLASSIS XVIII.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS FLORE APETALO.

Arbores & Frutices Flore Apetalo

- 1. Cum fructu conjuncto.
  - *Fraxinus*
    - Excelsior.
    - humilior.
    - rotundiore fol.
    - florifera.
  - *Siliqua*
    - non edulis.
    - edulis
      - communis.
      - fructu breviori.
      - fruct. vario.
- 2. In eadem plantâ à fructu separato.
  - *Buxus*
    - maxim. arboresc.
    - major.
    - minor.
    - fol.
      - longior.
      - rotund.
  - *Empetrum*
    - Montanum.
    - Lusitanicum.
- 3. Quorum alii in eodem genere floribus, alii verò fructibus plerumque donantur.
  - *Terebinthus*
    - Vulgaris.
    - Peregrin. fruct.
      - maj.
      - min.
    - Indica.
    - Pistacia Trifol.
    - Cappadocica.
    - Americana.
  - *Lentiscus*
    - Vulgaris.
    - Angustifol.

CLASSIS XIX.
DE
ARBORIBUS ET FRUTICIBUS FLORE AMENTACEO.

Arbores & Frutices Flore Amentaceo

- 1. In eadem arbore à fructu osseo separato.
  - *Nux*
    - Vulgaris seu Regia.
    - caballina fr. max.
    - fragilis.
    - bifera &c.
    - fructu perdurô.
  - *Corylus.*
  - *Carpinus.*
- 2. In eadem arbore plerumque separato à fructu, cujus involucrum coriaceum est.
  - *Quercus*
    - Vulg. pedic.
      - brevi.
      - longo.
    - Burgundica.
    - parva
      - Phagus Græcor.
      - Pumila Clus.
    - Fol. muricatus, ut robur.
  - *Ilex.*
  - *Suber.*
  - *Fagus.*
  - *Castanea*
    - sativa, major.
    - sylvestris.
    - humilis.
    - Americana.
- 3. In eadem arbore separato à fructu squamoso.
  - *Abies.*
  - *Pinus.*
  - *Laryx.*
    - Conifera fol. decid.
    - Oriental. s. Cedrus Liban.
    - Americana.
  - *Thuja.*
  - *Cupressus*
    - Plinii
      - Mas.
      - Fœmina.
    - Lusitanica.
  - *Alnus.*
  - *Betula.*
- 4. In eadem arbore separato à fructu molli.
  - *Cedrus*
    - folio cupress.
      - maj.
      - med.
    - Hispanica.
  - *Juniperus.*
  - *Taxus.*
  - *Morus* fruct.
    - nigro.
    - albo.
- 5. In eadem arbore separato à fructu sicco.
  - *Platanus*
    - Orientalis.
    - Occidentalis.
- 6. Quorum alii in eodem genere florum tantum, alii verò fructibus solis plerumque donantur.
  - *Salix.*
  - *Populus*
    - alba
      - maj. fol.
      - min. fol.
    - nigra.
    - tremula.

CLASSIS XX.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS FLORE MONOPETALO.

Arbores & Frutices Flore Monopetalo, cujus

- 1. Pistillum abit in fructum mollem seminibus callosis fœtum.
  - *Rhamnus*
    - Catharcticus.
    - Hispanicus.
  - *Thymelæa.*
  - *Alaternus.*
  - *Phyllyrea.*
  - *Ligustrum*
    - Germanicum.
    - Variegatum.
    - Americanum.
  - *Laurus.*
  - *Jasminum.*
  - *Arbutus*
    - folio serrato.
    - fructu turbinato.
- 2. Pistillum abit in fructum seminibus osseis fœtum.
  - *Olea.*
  - *Styrax.*
  - *Uva Ursi.*
  - *Aquifolium.*
  - *Guajacana*
    - angustifolia.
    - latifolia.
- 3. Pistillum abit in fructum membranaceum.
  - *Ulmus*
    - campestris.
    - folio
      - scabro
      - glabro.
        - latifol.
        - angust.
- 4. Pistillum abit in fructum multicapsularem.
  - *Lilac.*
    - Ligust. fol. cærulea.
    - Syringa fl. cærul.
    - fol. laciniat.
  - *Erica.*
  - *Vitex* f. Agnus castus
    - latifol.
    - angust.
  - *Chamærhodendron.*
- 5. Pistillum abit in fructum siliquosum.
  - *Nerion*
    - flor.
      - rubesc.
      - albis.
    - Indic.
    - American.
  - *Acacia.*
  - *Mimosa.*
- 6. Calyx abit in baccam.
  - *Sambucus*
    - vulgar.
    - racemosa rubra.
    - herbacea f. Ebulus.
  - *Opulus* f. samb.
    - aquat.
    - rosea.
  - *Viburnum.*
  - *Tinus.*
  - *Vitis idæa* f. myrtilli
    - nigr.
    - rubr.
  - *Caprifolium.*
  - *Periclymenon.*
  - *Chamæcerasus.*
  - *Xylosteon.*
- 7. Flore monopetalo à fructu separato.
  - *Viscum* baccis
    - alb.
    - rubr.

CLASSIS XXI.
DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS FLORE ROSACEO.

Arbores & Frutices Flore Rosaceo, cujus

- 1. Pistillum abit in fructum unicapsularem.
  - *Cotinus.*
  - *Toxicodendron.*
  - *Rhus.*
  - *Tilia* folio
    - maj. s. til. vulgar.
    - min.
    - molliter hirsut.
  - *Hippocastanum.*
- 2. Pistillum abit in baccam, vel singularem, vel multiplicem.
  - *Celtis.*
  - *Frangula.*
  - *Hedera*
    - Communis,
    - Poëtica.
    - Americana.
  - *Vitis.*
  - *Berberis.*
  - *Rubus*
    - vulg.
    - idæus fr.
      - alb.
      - rubr.
- 3. Pistillum abit in fructum multicapsularem.
  - *Acer.*
  - *Staphylodendron*
    - vulgar.
    - trifolium.
  - *Paliurus.*
  - *Azederach.*
  - *Enonymus.*
  - *Syringa* alba
    - flor. simpl.
    - flor. plen.
- 4. Pistillum abit in fructum ex siliculis in capitulum congestis compositum.
  - *Spiræa.*
- 5. Pistillum abit in siliquam.
  - *Senna*
    - Alexandrina acut. fol.
    - Florentina obtus.
    - Americana.
  - *Poinciana.*
  - *Cassia.*
- 6. Pistillum abit in fructum carnosum, seminibus callosis fœtum.
  - *Aurantium*
    - vulg.
      - dulc.
      - acr.
      - med.
    - sylvestr.
    - fœtiferum.
    - Sinense.
      - simpl.
      - multipl.
  - *Citreum.*
  - *Limon.*
- 7. Pistillum abit in fructum officulo fœtum.
  - *Prunus.*
  - *Armeniaca* fruct.
    - majori.
    - medio.
    - minori.
  - *Persica.*
  - *Cerasus.*
  - *Amygdalus*
    - sativ.
      - dulc.
        - dur.
        - frag.
      - amar.
    - Indica varia.
  - *Zizyphus.*
  - *Lauro-Cerasus.*
- 8. Calyx abit in fructum seminibus callosis fœtum.
  - *Pyrus.*
  - *Cydonia* fructu
    - oblong.
    - rotund.
  - *Cratægus.*
  - *Sorbus.*
  - *Malus.*
  - *Punica* flor.
    - simpl.
    - pleno s. Balaust.
  - *Rosa.*
  - *Grossularia.*
  - *Myrtus.*
- 9. Calyx abit in fructum officulis fœtum.
  - *Cornus*
    - hortensis.
    - sylvester.
  - *Mespilus.*

CLASSIS XXII.

DE ARBORIBUS ET FRUTICIBUS FLORE PAPILIONACEO.

Arbores & Frutices Flore Papilionaceo gaudent vel

- 1. Foliis singularibus, alternô aut verticillato ordine dispositis, ut
  - *Crotalar.*
    - Asiatica
      - folio verruc.
      - fol. cordiform.
    - Africana.
    - Americana.
    - Indiæ Orient.
  - *Genista.*
  - *Spartium.*
  - *Genista-Spartium.*
  - *Erinacea*
    - Cretica.
    - Hispanica.
  - *Genistella.*
  - *Siliquastrum*
    - Judaic. arb.
    - flore albo.
    - amplioribus siliq.
    - Canadense.
- 2. Flore leguminoso, folio terno singulis pedunculis innatescente, ut
  - *Anagyris* fœtid.
    - Vera.
    - Cretica.
  - *Cytisus.*
  - *Cytiso-Genista*
    - flore alb.
    - flor. lut.
    - Lusitanica.
- 3. Foliis per conjugationes costæ plerumque innascentibus.
  - *Pseudo-Acacia*
    - Vulgaris Spin.
    - American.
  - *Colutea.*
  - *Emerus*
    - major.
    - humilior.
  - *Coronilla.*
  - *Barba Jovis*
    - pulchre lucens.
    - pumila villos.
    - Lagopoides.
    - Hispanica.
    - Lusitanica.
    - Ind. Orient.

D. PAULI

D. PAULI HERMANNI
CHARACTERISMI MATERIÆ MEDICÆ.

CLASSIS I.
DE PARTIBUS ANIMALIUM.

Animalium partes sunt vel

- Salinæ
  - cum multis terreis particulis.
    - *Cornu Cervi.*
    - *Cranium humanum.*
    - *Ebur.*
    - *Unicornu.*
    - *Ungula Alcis.*
    - *Blatta Byzantina.*
    - *Oculi 69.*
    - *Mandibulæ Luc. piscis.*
    - *Dentes Apri.*
    - *Os Sepiæ.*
    - *Sanguis Hirci.*
    - *Mumia.*
    - *Margarit.*
    - *Bezoar*
      - Orientale.
      - Occident.
    - *Entali.*
    - *Dentali.*
    - *Umbilicus Veneris.*
  - cum odore fragranti.
    - *Moschus.*
    - *Zibethum* } cum ping.
    - *Castoreum* } cum ping.
    - *Sperma Ceti* } cum ping.
  - Blandiores.
    - *Scinicus.*
    - *Lumbrici.*
    - *Sanguisugæ.*
  - Acerrimæ Causticæ
    - *Cantharides.*
- Oleosæ Crassæ
  - *Ichtyocolla.*
  - *Adipes* cum pauc. vol.
- Terreæ, ut *Serici follic.* c. pauc. vol.

CLASSIS II.
DE RADICIBUS.

- Radices sunt vel
  - Salinæ
    - Alterantes
      - Volatiles oleosæ
        - cum paucis fixis
          - cum amaritie: *Acori. Calami Arom. ver. Galang. maj. & min. Zedoar. Zingib. Imper.*
          - cum blanda dulcedine: *Angelicæ. Meu. Levistici. Ninzin.*
        - cum multis fixis
          - cum pinguedine viscosa: *Valerian. Serp. Virgin. Costi. Cyperi long. & rot. Spicæ Celt. & nard. Vincetox. Irid. Flor. Helen. Curcumæ.*
          - cum resinâ ut *Petasitid.*
          - cum viscos. & sale pen. ut *Carlin.*
        - blanda
          - cum nitrositate aquosa ut *Fœniculi. Apii. Petroselini.*
          - cum acido volatili *Armorac. Raphan. Rust.*
      - Volat. nim. absque oleo
        - Volatiles *Aronis. Scyllæ.*
        - Fixæ, ut *Radic. Pyrethri* *Italic. German.*
        - Vol. & fix. *Saxifrag. Gramin.*
      - Blandæ
        - cum balsamicâ volatilitate, ut rad. *Orchidis.*
        - cum levi dulcedine *Scorzoneræ. Eryngii.*
        - cum levi amaritie, ut rad. *Bardan. Cichorei.*
        - cum aquosa nitrositate *Asparag. Rusci. Ononid. Rubi.*
      - Fixæ
        - cum amarit. intens. *Gentian.*
        - cum amarit. remiss. & viscositate *Filicis maris. fœm. Osmund.*
        - cum pauc. volatil. & amaritie remissiore *Peucedan. Fraxinell. Aristol. Rot. Long. Cav. Fabac.*
    - Purgantes
      - Volatiles, ut *Asari. Cyclam. Hermodact. Rhab. & Rhaphont. Ipecacuanha.*
      - Fixæ *Jalap. Mechoac. Turb.*
      - Fixæ & Vol. *Cucum. Asinini. Esul.* maj. & min. *Helleb. Bryoniæ.*
      - Blandæ *Ebuli. Polypodii.*
  - Aquosæ
    - Crassiores
      - cum dulcedine *Glycirrhizæ. Doronici. Botna s. Pareira brava.*
      - cum mucilagin. temp. *Alth. Lilior. Conval.*
      - cum mucagine crass. *Symphyt. Consol. maj.*
    - Tenuiores cum tenui aquositate, ut *Tussilag.*
    - Volatiles *Cynogloss. Mandragoræ.*
  - Terreæ
    - cum pauca volatilit. uti sunt rad. *Alcannæ. Bistortæ. Tormentill. Pentaphyll.*
    - cum multa volatil. *Contrayerv. Caryophyllat.*
    - cum aqueâ nitrositate *Pimpinell. Nymph.*
    - cum volatil. ut *Rad. Pæoniæ.*

CLASSIS III.
DE HERBIS.

Herbæ ſunt vel

- 1. Aquoſæ craſſæ, ſeu Mucilaginoſæ
  - *Althæa.*
  - *Malva.*
  - *Tuſſilago.*
  - *Verbaſcum.*
- 2. Salinæ, quæ vel
  - Volatiles & Oleoſæ
    - cum acredine intenſiſſ.
      - *Origanum.*
      - *Majorana.*
      - *Serpillum.*
      - *Thymus.*
      - *Satureja.*
    - cum acredine minori
      - *Meliſſa.*
      - *Gallitrichon* ſ. *Horminum.*
    - cum paucis fixis
      - *Roſmarinus.*
      - *Salvia.*
      - *Mentha*
        - *aquatica.*
        - *criſpa.*
      - *Menthaſtrum.*
      - *Nepeta.*
      - *Calamintha.*
      - *Pulegium.*
      - *Eupatorium.*
      - *Hyſſopus.*
      - *Polium.*
      - *Dictamnus Creticus.*
    - cum multis fixis
      - *Matricaria.*
      - *Artemiſia.*
      - *Schœnanthum.*
      - *Abrotanum.*
      - *Marrubium.*
      - *Ruta.*
      - *Sabina.*
      - *Tanacetum*
        - *Pontic.*
        - *Roman.*
      - *Abſinthium.*
    - cum reſina vol.
      - *Chamæpithis.*
      - *Botrys.*
      - *Folia Lauri.*
  - Blandæ
    - cum vol. pauc.
      - *Agrimonia.*
      - *Thea.*
      - *Betonica.*
      - *Chamædris.*
      - *Ribeſium nigrum.*
    - cum terr. & pauciſſ. vol.
      - *Veronica.*
      - *Hedera terreſtris.*
      - *Pimpinella.*
      - *Euphragia.*
      - *Hypericum.*
  - Volat. ſpirituoſiſſ. cum acid. vol.
    - *Cochlearia.*
    - *Naſturt.*
  - Volatiles acres
    - *Eryſimum.*
    - *Perſicaria.*
    - *Cuſcuta.*
    - *Epithymum* c. pauc. laxant.
  - Fixæ cum pauca volatil.
    - *Centaur. min.*
    - *Card. Bened.*
    - *Fumaria.*
    - *Scordium.*
    - *Lupulus.*
  - Purgant.
    - Volatil.
      - *Fol. Sennæ.*
    - Fixæ cum pauc. vol.
      - *Soldanella.*
      - *Gratiola.*
      - *Nicotian.*
  - Laxantes
    - *Mercurialis.*
    - *Parietaria.*
    - *Violaria.*
- 3. Terreæ
  - *Cauda Equina.*
  - *Muſcus.*
  - *Pulmonaria.*
  - *Solidag.*
  - *Virga aurea.*
  - *Burſa Paſtoris.*
  - *Verbena.*
  - *Fol. quercus.*
  - *Pyrola.*
  - *Sanicula.*
  - *Alchymilla.*
  - *Piloſella.*
  - *Polygonum.*
  - *Adianthum.*
  - *Capill. ♀.*
  - *Polytrichon.*
  - *Ceterach.*
  - *Pſyllitis.*

CLASSIS IV.
DE FLORIBUS.

Flores sunt vel
- Salini
  - Volatiles Oleosi
    - *Lavendulæ.*
    - *Rosmarini.*
    - *Salviæ.*
    - *Chamomillæ*
      - *Roman.*
      - *vulgar.*
    - *Croci.*
    - *Schœnanthi.*
    - *Stœchadis.*
  - Spirituosi blandi
    - *Caryophyll. s. Tunic.*
    - *Liliorum Convallium.*
    - *Tiliæ.*
    - *Betonicæ.*
  - Acres vol. & fix.
    - *Cheiri.*
    - *Calendul. c. amar.*
  - Mucilaginosi
    - cum ⊖. vol. pauco
      - *Melilot. bland.*
      - *Sambuc.*
    - cum ⊖. fol. & fix.
      - *Papaver.*
      - *Pæon.*
    - cum mucilag. crass.
      - *Malv. hortens.*
      - *Verbasc.*
- Aquosi tenues
  - *Borrag.*
  - *Buglosſ.*
  - *Cyani.*
  - *Violarum c.* ⊖. *vol.*
- Terrei
  - cum volatilitate
    - *Nymphææ.*
    - *Rosarum.*
  - cum austeritate
    - *Balaustiorum.*

CLASSIS V.

DE FRUCTIBUS ET SEMINIBUS.

Fructus & Semina sunt vel

- Aquosa
  - Tenuia
    - *4. frigid.* {*maj.*, *min.*}
    - *Plantaginis.*
    - *Intybi.*
  - Crassiuscula
    - *Alth. & Malvæ.*
    - *Aquilegiæ.*
    - *Hyperici c. Res.*
    - *Lin. cum 🝆.*
    - *Fœnugræc. c. vol.*
    - *Orobi. Cicer. Lupin.*
    - *Fabæ.*
  - cum mucagine vol.
    - *Hyosciami.*
    - *Papaver* {*alb.*, *nigr.*}
    - *Pœoniæ.*
- Terrea
  - cum austeritate
    - *Gallæ & Gland.*
    - *Sumach.*
    - *Mespilus.*
    - *Nux cupr.*
    - *Bacc. Myrth.*
    - *Cydon.*
- Salina, quæ vel
  - Alterantia Volatilia
    - cum subtili 🝆 acriore
      - *Aromata*
        - *Caryophylli.*
        - *Antophylli.*
        - *Amomum Plin.*
        - *Macis & Nux moschat.*
        - *Cubebæ.*
        - *Cardamom.*
        - *Piper* {*rot.*, *long.*}
        - *Grana Paradysi*
      - *Ammi.*
      - *Bacc. jun.*
      - *Anis. nost. & Sinens.*
      - *Fœniculi.*
      - *Levistici.*
      - *Anethi.*
      - *Carvi & Cumini.*
      - *Bacc. Lauri.*
      - *Carpobalsami.*
    - blandiora seu carminativa
      - *Dauci* {*Vulgar.*, *Cretici.*}
      - *Sileris.*
      - *Seseli.*
      - *Petroselini.*
      - *Apii.*
      - *Rutæ.*
      - *Tanaceti.*
    - Volat. blanda
      - *Nigellæ.*
      - *Coriandri.*
      - *Kermes.*
      - *Vainiliæ.*
    - Volat. & fixa
      - *Sophiæ Chirurg.*
      - *Thlaspi.*
      - *Nasturt.*
      - *Saxifrag.*
    - cum 🝆 crasso
      - *Sinapi.*
      - *Oleris Atri.*
      - *Raphani sativi.*
      - *Napi.*
    - cum amaritie & fixitate intensa
      - *Fumariæ.*
      - *Cinæ.*
      - *Cardui* {*Bened.*, *Mariæ.*}
  - Alterantia Fixa
    - cum lentore
      - *Bardanæ.*
      - *Urticæ* {*vulg.*, *Rom.*}
    - blandiora
      - *Alkekengi.*
      - *Genistæ.*
      - *Milii ☉.*
      - *Rusci.*
      - *Asparagi.*
      - *Coffe.*
  - Purgantia
    - volat.
      - *Mezereum.*
      - *Psillii.*
      - *Staphisagr.*
    - vol. & fix. c. amaritie
      - *Colocynth.*
      - *Nux Vom.*
    - cum 🝆 crass.
      - *Granatill.*
      - *Catap.*
      - *Balan. myr.*
    - blanda
      - *Atripl.*
      - *Sambuc.*
      - *Cnici.*
      - *Myrobal.*
    - cum aciditate
      - *Tamarind.*
    - cum dulci viscosit.
      - *Cassia fist.*
- Subdulcia
  - cum blanda viscositate
    - *Bombac.*
    - *Cannabis.*
    - *Hordei.*
  - cum 🝆 crasso
    - *Amygdal.* {*dulc.*, *amar.*}
    - *Pistac.*
    - *Nuclei* {*Pini.*, *Ceras.*, *Persic.*}
    - *Anacar.*
    - *Cacao.*
  - cum dulced. viscosa
    - *Dactyl. Ficus.*
    - *Jujub. Siliq.*
    - *Sebesten.*
    - *Passulæ.*
    - *Prun. Damasc.*

CLASSIS VI.

DE CORTICIBUS, LIGNIS & FUNGIS.


Cortices sunt vel
- Salini
  - Volatiles Oleosi
    - cum amaritie
      - *Aurantiorum.*
      - *Citri.*
      - *Chin. Chin. fals.*
    - cum dulci viscos.
      - *Cinamomum.*
      - *Cassia lignea.*
    - cum amarit. & acido vol.
      - *Cass. Caryophyllata.*
      - *Cort. VVinteran.*
    - cum resina
      - *Guajaci.*
  - Fixi
    - cum amarit.
      - *Chin. Chin. vera.*
    - cum acredine
      - *Fraxini.*
      - *Tamarisci.*
    - cum nitrositate
      - *Capparum.*
- Terrei, quales sunt
  - *Castanearum.*
  - *Granatorum.*
  - *Quercûs.*
  - *Calices glandium.*

Ligna sunt aut
- Salina
  - Volatilia
    - cum ⊖. vol. ☍
      - *Sassafras.*
    - cum resina
      - *Sanctum.*
      - *Guajacum.*
    - cum amarit. & resina
      - *Aloes.*
      - *Asphaltum.*
    - blanda
      - *Rhodinum.*
      - *Sandalum*
        - *Citrin.*
        - *Album.*
  - Fixa
    - cum amarit.
      - *Colubrinum.*
    - cum nitrositate blanda
      - *Nephriticum.*
    - Purg. fix. & vol.
      - *Panava.*
- Terrea, qualia sunt
  - *Viscus quernus.*
  - *Sandalum rubrum.*

Fungi sunt vel
- Salini
  - cum blando ⊖. odore
    - *Boletus Cervin.*
  - cum ⊖. purgant. vol.
    - *Agaricus.*
- Terrei, quales sunt
  - *Auric. Jud.*
  - *Fung. Orbicul.* seu *Bovista.*

CLASSIS VII.

DE SUCCIS, RESINIS ET GUMMATIBUS.





CLASSIS VIII.
DE MINERALIBUS.


Mineralia ſunt vel


- Salina
  - Salſa
    - Volatilia
      - *Sal Ammoniacum.*
      - *Borrax.*
      - *Chryſocolla.*
    - Vol. & fixa
      - *Sal Commune.*
      - *Gemmæ.*
      - ⦶.
      - *Lapis Prunellæ.*
      - *Alumen*
        - *Rupeum.*
        - *Romanum.*
        - *Plumoſum.*
    - Volat. Corroſiva
      - *Calx viva.*
      - *Arſenicum*
        - *album.*
        - *rubrum.*
      - *Auripigmentum.*
      - *Cinnab. factitia.*
      - ☿ *ſublimatus* / *præcipitatus* — *Catarct.*
    - Blanda
      - ☿ *dulc.*
  - Alcalia
    - Volatilia
      - ☿. *viv.* ſ. *vulg.*
      - *Antimonium crud.* c. terr.
    - Vol. Purgantia
      - *Lapis Armen.*
      - *Lazuli.*
      - *Crocus Metallorum,*
      - ♁ *Diaphoreticum.*
  - Acida cum pauco alcali
    - *Vitriolum* –
      - *Ungaricum.*
      - *Romanum.*
      - *Album.*
    - *Chalcitis.*
    - *Æs viride.*
  - Oleoſa ſeu Pinguia
    - *Sulphur* c. acid. vol.
- Terrea
  - cum nullo Alcali
    - *Lapides calamin.*
    - *cryſtall.*
    - *pretioſi.*
    - *ſpongiæ.*
    - *Oſteocolla.*
    - *Tutia.*
    - *Turbith minerale.*
    - *Pompholyx.*
    - *Borrax calcin.*
    - *Pumex.*
  - cum alcali volatili
    - *Aurum fol.*
    - *Argent. fol.*
    - *Corallia alba & rubra.*
    - *Unicornu foſſ.*
    - *Bolus*
      - *Vulg.*
      - *Armen.*
      - *Alb.*
    - *Terra Sigillat.*
      - *noſtr.*
      - *Lemnia.*
    - *Lithargyrium.*
    - *Ceruſſa.*
    - *Minium.*
    - *Plumbum*
      - *Uſtum.*
      - *Saccharinum.*
    - *Chalybs & Ferrum.*
    - *Crocus Mart.*
    - *Lap. Hæmatit.*
    - *Magnes.*


FURNI CHYMICI

















INSTRUMENTA seu VASA CHYMICA


























LABORATORIUM PARISIENSE.

INTROITUS.

QVantoperè peregrinationes & itinera, versus Exteros suscepta, elegantioris Literaturæ Studiosis, cumprimis autem Artis Medicæ Cultoribus, sint proficua, præter alios Willius *in tribus Dissert.* de Itineribus Philiatrorum Germanorum & Thomas Bartholinus *in Tractat.* de Peregrinatione Medicâ *jamdudum ostenderunt. Prout autem varia sunt peregrinantium proposita scopique diversi, ita varia quoque illic requisita & cautelæ observanda sunt. Quemadmodum enim Theologo futuro ea, quæ sacra concernunt, templa fanaque publica, ritus & Oratores Ecclesiastici horumque gestus curæ cordique sunt: quemadmodum & Legum Statusque publici periti Regum Principumque Aulas & Curias præ aliis frequentant; ita Medici eorumque Cultores de Hortis publicis, Laboratoriis Chymicis, Theatris Anatomicis & Nosocomiis invisendis magis sunt soliciti, quæ Lutetiæ Parisiorum, in Suburbio S. Victorii, conjunctim & simul spectari possunt, cum in atrio Horti Regii non tantùm Laboratorium Chymicum, sed & Theatrum Anatomicum & Museum Curiosum: E regione verò maximum S. Ludovici Nosocomium spectentur. Ut autem ægris hic denso agmine decumbentibus eò facilius & promptius succurri possit, hinc laboratorio proxime adjacet Pharmacophylacium pauperibus dicatum, in quod omnia illic à Chymico Professore elaborata reponi solent, ut è seq. Inscriptione foribus adscripta, elucescit:*

REGIS CHRISTIANISSIMI

LUDOVICI XIV.

IMPERIO,

ET

EMINENTISSIMI CARDINALIS

MAZARINI

MUNIFICENTIA,

ANTONIUS VALLOT

ARCHIATRORUM COMES

OFFICINAM HANC PHARMACO-CHYMICAM

IN PAUPERUM SUBSIDIUM ET PUBLICI COMMODI GRATIAM

EXSTRUXIT ET INSTRUXIT.

Et

Et quamvis laboribus Chymicis, publicè illic institutis, Pharmacopœus quidam Regius defungi solcat, utplurimum tamen id sub directione Professoris & Horti Regii Inspectoris fieri, è sequenti Programmate, ex Prodromo Commentarii in Petri Severini Medicinam Philosophicam, *à* Wilhelmo Davissonio *editi, petito videre licet:*

AUSPICIIS REGIIS

WILLIELMUS DAVISSONIUS,

Scotus, Consiliarius & Medicus Regius,

Horti Regii Plantarum Medicinalium

PRÆFECTUS,

BOtanicum & Chemicum Fontem aperiet cognitionis & scientiæ cupidis. Ex illo studiosum cultum, novum ordinem plus septingentarum plantarum accessionem videbunt. Ex hôc Animalium, Vegetabilium & Fossilium Analysin accipient. In Antimonii præparatione & exaltatione multus erit: quia non sufficiunt nomina ad tam divitem naturam appellandam, quæ principium vitæ, balsamum & medentem mumiam in se habet. Verum verum dico. Non est sub cœlo medicina sublimior.

In Aula Horti Regii Plantarum Medicinalium, quæ Parisiis est, die 23 Jul. & deinceps horâ sextâ matutinâ. Anno 1648.

In Suburbio S. V. A.

Idem temporibus subsequentibus quoque ad nostrum usque seculum obtinuisse vel exinde constat, quod Botanicus toto Orbe Celeberrimus, Joseph Pitton de Tournefort, *præter Scholas & Demonstrationes Botanicas, nunquam non elegantiores etiam Medicamentorum Chymicorum præparationes Auditoribus suis instillaverit: quarum descriptiones quum haud ita pridem, una cum Ætiologiis & usibus, à* Venerando Dn. Parente meo *adjectis, obtinuerim; haud ingratum fore duxi harum rerum Curiosis, si easdem reliquis* Tournefortii *laboribus,, in compendium redactis, hic maritavero, non alium in finem, quàm ut propriis æque ac Commilitonum studiis velificando gloria DEI T. O. M. Proximique commodum indies magis magisque amplificetur. Dab. Giessæ è Museo, die* 18. *Martii A.* 1715.

CHRISTOPH. BERNHARD. VALENTINI, M.C.


LABO-

LABORATORII PARISIENSIS

PARTITIO I.

De

LABORIBUS ANTIMONIALIBUS.



Antimonii virtus inexhausta est, cum tot ex illo Medicamina Emetica, Purgantia, Diaphoretica, Antifebrilia, Nervina, Catharctica, &c. parentur, ut integrum ferè Myrothecium portatile quis exinde construere posset. Agmen inter illa ducit

I.

Crocus Metallorum,

quem Dn. Autor ita parare solebat:

℞. ♁. & ⦶. partes æquales, M. & materiam cochleari ferreô per vices injiciendo in mortariô ferreô ignitô detona. Operatione peractâ materia refrigerata liberetur à Scoriis, & vocatur Epar Antimonii, ob colorem obscurè rubescentem. Hoc Epar ♁. pulverisatum & in aquâ solutum ad fundum dilabi sinit pulverem magis flavescentem, qui Crocus Metallorum vocatur.

Ratio procedendi.

Quandoquidem particulæ Antimonii 🜍reæ & salinæ (à quibus virtus ejus dependet) compluribus terreis & metallicis implicitæ sint, hinc clavi quadam opus erat, quæ texturam ejus reseret, & particulas activas extravertat. Hunc in finem ⦶ ana additur, cujus particulæ cum 🜍 ♁ sub accensione, non secus ac cum 🜍 communi in pulvere pyrio, fragorem quasi fulminantem edunt, texturamque Antimonii aperiendo & laxando in causa sunt, ut reliquæ particulæ salino-sulphureæ sibi jungi & pulverem hunc obscurè rubescentem aut flavescentem, ope reflexionis luminis, constituere valeant.

Usus.

Crocus hic fons & scaturigo est Emeticorum præstantissimorum, quamvis ipse in substantiâ, (quod ajunt) internè minus tuto propinetur, sed tantum in infuso, hâc ferè ratione:

℞. Croci Metallorum. gr. iv. vel v. infund. per noct. in Vin. Rhen. aut Malv. ℥ij. vel ℥iij. stent in loc. cal. manè filt. per chartam. Dos. ab ℥j. ad ℥ij.

Hâc ratione fit *Aqua benedicta Rulandi*, & si infusio in + fiat, facile cum saccharo q. s. in Oxysaccharum Emeticum, aut *Syrupum emeticum A. Salæ* converti potest. Externè tamen in substantia Clysteribus acrioribus, pro excitandis Apoplecticis & Lethargicis, potest addi seq. in modum:

℞. Vini alb. lib. j.

bulliat in eo sem. Coloc. in pet. lig. ʒij. add. Croci metall. ʒß. M. F. Clyster.

Laudatur etiam in Collyriis, ad complures oculorum affectus; unde & Abyssinos ex ♁ cohol suum, (quô ope penicilli tunicam annatam nigredine inficiunt) præparare DN. LUDOLFUS in Comment. ad Hist. suam Æthiop. adstruit.

II.

Tartarus Emeticus.

A.

℞. 🜿 candidissimi crudi ℔iß.

Vitri ♁. ℔j. M. in olla vitreata, cui affunde aq. fontanæ pint. iv. Digere igne lento per 8. dies. Postea materia fervens trajiciatur per pannum: Liquor trajectus reponatur in hypocausto & post spatium aliquot horarum cryst all. ad vasis latera concrescent, qui separentur. Liquorem residuum ad tertiam partem evapora, & denuò alii crystalli concrescent. Evapora denuò, ut residuos extrahere possis.

Ratio procedendi.

🜿 Cum Vitro ♁ digeritur, ut non secus ac in priori operatione particulis 🜍reis imprægnetur: His enim vim emeticam in acceptis ferendam esse, vel exinde patet, quod in ♁ crudo, ubi nondum

 extra-

extraverſæ ſunt, vis emetica deſideretur, non ſecus ac in ♁ diaphoreticô, ubi nimium figuntur aut abiguntur. Quando igitur ipſum ♁, aut minera ejus, ſive in terræ viſceribus à natura (quale mihi ad manus eſt) aut enchireſi Chymica calcinatur, utrobique etiam particulæ 🜍reæ ſub agitatione à reliquiis extricantur, quibus & color puniceus aut ſuccineus adſcribendus eſt. Si enim caput mortuum poſt cinnabaris & butyri ♁ ſublimationem in vitrum mutaveris, ob defectum particularum 🜍rearum plane album & omni vi emetica deſtitutum erit, obſervante WILLISIO, in Pharm. Rat. S. 4. c. 4. p. 38. Cur autem Vitrum ♁ potius, quàm Crocum Metallorum ♀ hic combinet Autor? ratio forte eſt, quod particulæ vitri antimonialis, tanquam craſſiores, non tam facile poros laciniæ, per quam colari debet ♀ imbutus, tranſeant, quàm crocus metallorum, qui in ſubſtantia aſſumtus peſſima ſymptomata inducere valet. Inde enim eſt, quod ♀ emeticus, etiam cum croco metallorum abſynthiaco paratus, tantas ſæpe hyperemeſes & hypercatharſes moveat, ut Medicos noverim celeberrimos, qui voto ſe adſtrixerint, quod nunquam illô poſthac in Praxi uſuri ſint. Poſtquam enim à Pharmacopœis (deſcriptioni MYNSICHTI hìc ſtrictè inhærentibus) ſolutio ♀ croco metallorum ebria per manicam Hippocratis colatur, non poſſunt non particulæ quædam è croco affricari ♀, quæ intus aſſumptæ turbas ejuſmodi ciere ſolent. Quodſi ècontra Tartarus Emeticus, LUDOVICI more, è croc. metall. ac ♀ purioris vel cryſtall. ♀ ana in duodecuplo ▽ calidæ paretur, digeratur, coquatur, calideque per duplicem chartam bibulam filtretur, tantum abeſt ſiniſtros hujuſcemodi effectus inde pertimeſcendos eſſe, ut potius eundem infantibus, etiam anniculis, tutiſſimè propinarim.

Uſus.

♀ Emetici eſt ampliſſimus, ſiquidem omnes ventriculi cruditates, morbis quamplurimis, tam chronicis, quàm acutis, fomitem præbentes, longè certius & tutius, quàm decantata hodie ventriculi excutia (*die Magenbörſt* vulgò dicta) tollit & quaſi vectibus excludit. Hinc non tantùm anorexiam, apepſiam & diſpepſiam, cardialgiam & alios ſtomachi affectus, ſed & varios inde per conſenſum exortos morbos, cephalalgiam, vertiginem, epilepſiam, apoplexiam, lethargum, tinnitum aurium &c. eo radicitus exſtirpare poſſumus. Quid in febribus, tam intermittentibus, quàm continuis, etiam malignis, præſtet, ipſa Praxis loquitur, cum utrobique unicum emeticum, tempeſtivè adhibitum, aut ſufficiat, aut fundamentum pro curâ feliciori jaciat. In Dyſenteriâ Ipecacuanhæ ſuccedaneum eſſe in Polychreſtis exoticis jamdudum oſtenſum eſt. In venenis, philtris & ſimilibus aſſumtus in principio omnibus alexipharmacis palmam eripit. Interim & cautelæ, à MYNSICHTO traditæ, ante ejus exhibitionem probè expendendæ ſunt, ne in picrocholis & ad vomendum difficilibus movendo quid, ſed non promovendo, cardialgiam, in gravidis abortum, in chloroſi & menſtruorum obſtructione anxietates aut convulſiones & in phthiſi confirmatâ hæmoptyſin lethalem procreemus. Ex altera verò parte nec meticuloſi nimis aut ſuperſtitioſi ſimus, ſi vel in Hectica aut Phthiſi incipiente vomitorii uſus indicetur, cum LUDOVICO teſte plures ex emeticorum & opiatorum intermiſſione pereant, quàm illorum uſu.

Sit modus in rebus, ſint certi denique fines.
Temporibus Medicina valet, data tempore proſint,
Et data non apto tempore multa nocent.

Doſis in infantibus eſt gr. ß. ad j. In Adultis à gr. ij. ad iij. In duriſſimis gr. iv. aut ad ſummum v. Præſcribitur ita:

℞. ♀. emet. gr. iij.
Sacch. gr. vi. M. F. Pulv. pro doſi.

III.

Antimonium Diaphoreticum.

℞. Reguli ♁. pulveris. ℔ß. M. cum
🜕. candidiſſimi ℔j. & detona in crucibulo: Pulverem gryſeum, ſcoriis liberatum, ſolve in aquâ communi fervente: Solutionem filtra, & in filtrô remanebit pulvis candidiſſimus, qui iteratis vicibus edulcorandus, & nomine ♁. diaphoretici aſſervandus. In ſolutione poſt aliqualem evaporationem concreſcent cryſtalli ex 🜕, qui *Nitrum antimoniatum* vocantur.

Ratio Proceſſus.

Quum particulæ ♁. 🜍reæ, ut in antecedentibus demonſtratum fuit, vomitum ciere ſoleant; hinc ad obtinendam ſolam vim diaphoreticam, aut abſorbentem, illæ penitus ſubjugandæ erant. Fit autem hoc per additionem 🜕. in majori, quam ad recluſionem ♁ requirebatur, quantitate, qua aut omninò figuntur, aut ſub detonatione violentiori penitus abiguntur ſulphureæ ejuſdem portiunculæ; eumque in finem in vulgari ♁. diaphoretici præparatione ♁. crudo triplum, aut quadruplum 🜕. additur, hæcque ſimul aut trinâ, aut (quam alii magis laudant) unicâ detonatione in pulverem illum diaphoreticum convertuntur. Cur autem in proceſſu Autoris noſtri Regulo ♁ tantum duplum 🜕 addatur, ratio eſt, quòd ſub præparatione *Reguli* ♁ Salia alcalia ♀ & 🜕 fixi, tanquam nimis cauſtica & corroſiva (explicante ETTMULLERO in Colleg. Chym.) multum de 🜍 ♁. jam abſorpſerint & in ſcorias depoſuerint, unde tantum 🜕. non requiritur, quantum in detonatione ♁ crudi, juxta vulgarem

garem procedendi modum, necessarium erat. Non enim omne è Regulô Antimonii ♁ ablatum esse, tum infusiones & pocula emetica è Reg. ♁ parata, tum *Regulus* ♁ *Medicinalis*, à multis hactenus contra febres intermittentes in arcanis habitus, testantur, utpote qui præter sudorem sæpe vomitus quosdam, non sine euphoriâ, movet, & secundum VIGANI ductum ita paratur:

℞. ♀. part. j.
⊖. commun. part. iv.
♁. part. v. M. & fundantur in Regulum.

Usus

♁ Diaphoretici ex ipso nomine & cognomine innotescit. Quamvis enim WILLISIUS in Pharmac. Ration. Sect. V. Cap. I. virtutem ejus diaphoreticam in dubium videatur trahere, nesciendo cujusmodi ejus particulis vis hæc debeat attribui, adeoque pro sistendis seri aut sanguinis fluxionibus tantùm commendet, eò quod hæc terra propriis salibus orbata alienos (quibus fortè in corpore nostro occurrit) acidos sales imbibat, sicque absorbendo magis agat; attamen & hoc intuitu reliquos humores circulantes ab acido vindicando & ad liberaliorem transpirationem disponendo diaphoresin, experientiâ teste, egregiè promovet, eaque de causâ in febribus intermittentibus, ETTMULLERI verbis, plus confert, quàm specificum antifebrile Crollii, aut Strobelbergeri, cumprimis, si cum ⊖. armoniaco (in Hectica cum ⦶ sociato) propinetur. Non minus in febribus continuis, tam benignis, quàm malignis petechialibus, pleuritide benigna & malignâ, erysipelate aliisque à sanguine plus minus grumoso oriundis morbis, salibus volatilibus CC. succini, cinnabarinis, & quandoque opiatis maritatum, est egregium. Quidquod & in Lue Venereâ diaphoreticum non contemnendum constituat, cumprimis è Regulo ♁. ad ductum Autoris nostri paratum, & *Cerussæ* ♃*alis* nomine alioquin cognitum, utpote quod præter effectum diaphoreticum salivationem quandam, ☿ialibus aliàs familiarem, excitare dicitur ab ETTMULLERO, in Collegio Chymico. *Dosis* ejus est à ℈j. ad ʒß. Præscribitur ita:

℞. ♁. diaphor. ℈j.
⊖. vol. CC. gr. v.
Ther. cœl. gr. ij. M. F. Pulv.

IV.

Diaphoreticum Martiale anticachecticum.

℞. ♁ crudi pulveris.
Squamarum ferri ana p. æ.

M. probè atque inde crucibulo, quod expone igni fortissimo & materia liquescet, vel in massam concrescet. Hæc fluens ex crucibulo in pavimentum projicitur, ut refrigeretur: abhinc pulverisatur atque cum duplo ⦶ mista detonatur, prout in præcedente ♁. diaphoretici præparatione fieri solet. Tandem in aquam frigidam injecta pluribus lotionibus edulcoratur. Quodsi verò materia hæc in massam concrescat, hæc per integram horam in igne relinquitur & probè ignitur, hocque facto præparatur ut ante dictum.

Ratio procedendi

Eadem, quæ in præcedenti operatione, subest, nisi quod ad majorem vim absorbentem medicamento conciliandam addatur ♂. acido p. n. in hypochondrio & primis viis nidulanti chronicosque morbos alenti quam maximè contrarius.

Usus

Ejus in cachexiâ & chlorosi, in Icterô, dysenteriâ malignâ omnibusque affectibus cutaneis, scabie & similibus non satis decantari potest à LUDOVICO, in Pharmacia moderno seculo applicanda, ut & Miscellaneis S. R. I. Academ. Nat. Curios. Dec. I. Anno VIII. Obs. LXV. Dosis est ℈j. ad ʒß. Præscribitur ita:

℞. ♁. diaphor. ♂tis.
Flor. ♁. ãã ʒiß. M.
D. bis de die in scabie.

V.

Regulus Antimonii ♂alis.

℞. Clavorum ferreorum ℔ß. in crucibulo cooperto igni fusionis exponantur, donec exactè fuerint igniti: cujus indicium est, si forcipe exemti & aëri expositi non statim nigrescunt. Tum adde ♁ ℔iß. fundantur simul per horam circiter: Postea injice per vices ⦶. purissimi pulverisati præter propter pugillos octo: relinque adhuc per quadrantis horæ spatium in igne: abhinc injice, vel mortario ferreo, vel cono fusorio. Refrigeratum Regulum libera à scoriis, atque denuo in

igne funde, addendo, ut ante, pugillos aliquot ⊕. & fi lubet, multoties hanc præparationem repete, ut politior & confpectior fiat ftella.

Ratio Proceffus.

Quum ♁ facilimè, ♂ verò difficulter in △ fluant, hinc non fimul fundi, fed ferrum prius candefieri debet. Abhinc fimul fufa abeunt in unam maffam, quum 🜍 ♂ & 🜍 ♁, in radice conveniant, & fe invicem facilè uniant, quod à ⊕ fixo poftmodum abforptum in fcorias abit, è quibus haud difficulter præcipitari poteft.

Vfus

Reguli hujus ♂ti expetitur à nonnullis ad antimonium diaphoreticum ♂ale, exinde per detonationem cum triplo ⊕ parandum: fed præftat compofitio Autoris. Reliquas virtutes cum Regulo ♁ vulg. & fimplici communes habet.

VI.

Sulphur auratum ♁.

℞. Scorias Reguli ♁ vel croci metallorum, vel & antimonii diaphoretici, pulverifa ac folve in aqua communi, cui filtratæ affunde acetum deftillatum, & pulvis ruber ad fundum præcipitabitur, qui exficcatus Sulphuris aurati ♁ nomine venire folet.

Ratio procedendi.

Quandoquidem Scoriæ, in Regulorum præparatione remanentes, & in fummitate coni fuforii reperibiles, nihil aliud funt, quàm falia alcalia fulphure ♁, quod abforpferant, imprægnata, hinc ad hujus feparationem & præcipitationem folutioni illarum contrarium quid, fc. acetum inftillandum erat, juxta regulam Chymicorum: Similia fimilibus folvuntur: Contraria contrariis præcipitantur.

Vfus

Admodum variat, pro diverfa ⚩num repetitione. E primis præcipitationibus vomitorium: è mediis purgans per inferiora: ex ultimis certâ ratione inftitutis, antepilepticum nobiliffimum, Panaceæ Glauberi analogum, obtinebis, ad pauca tantum grana propinandum. Solutio fcoriarum, feu lixivium, per inftrumentum Glauberi, aut phiolam oblongiori collo inftructum, fub formâ fuffitus menftrua prolicit: In Clyfteribus alvum ciet: Lotione autem fcabiem & ulcera antiqua cacoëthea, imò ipfam gangrænam inftantem abigit, cum partibus falinis abftergentem, fulphureis verò balfamicam virtutem exferat.

VII.

Cinnabaris Antimonii.

℞. ♁ pulverifati & ☿ fublimati ana, mifce exactè in mortariô marmoreô, & ex retortâ vitreâ ampli & longioris colli in ∴ igne mediocri deftillata dant *Butyrum* ♁. Poftmodum augetur ignis, daturque infuper ignis fuppreffiorius, & in collô retortæ fublimabitur *Cinnabaris* ♁, quæ fractâ retortâ colligenda, & cum capite mortuo in duobus crucibulis, fibi fuperimpofitis, (quorum commiffuræ probè lutatæ fint, oportet) denuò fublimanda eft. In hac ultimâ autem præparatione ea notanda eft enchirefis, ut ignis non fuperet inferius crucibulum: Si enim fuperius quoque attigerit, operatio non fuccedit. In Butyrô ♁ fimul etiam aliquid ☿ vivi in recipiens tranfit, quem ut fepares, infunde butyrum in infundibulum, cujus tubulum inferiorem digito obtura, tum ☿ feu argentum vivum, utpote corpus gravius, defcendet: quem remoto digito per tubum transmittere poteris in vas fuppofitum: Hunc tandem ablue probè cum aqua aliquoties & per corium trajice. Talis ☿, *refufcitatus* vulgò dictus, puriffimus & ab omni adulterio immunis eft.

Ratio Proceſsûs

Elegantiffimi confiftit in feqq. Spiritus fc. acidus in ☿ ♎ (è corpore ☿ & fpiritu ⊖ in ☿ ♎ concentratô conftante) ignis beneficio exfufcitatus & refolutus rodit partem metallicam feu Mercurialem antimonii corrofamque fecum in receptaculum præcipitat, ut ita maritati abeant in liquorem craffiufculum, odore admodum fulphureo, ob 🜍 ♁ inibi refolutum, gaudentem, qui ob fimilitudinem, quam cum butyro ratione confiftentiæ habet, *Butyrum* ♁ vocatur. Interea ☿ feu argentum vivum à fpiritu ⊖, partem metallicam rodendo devorante, derelictus & à vinculo ejus liberatus, partim fub antiqua formâ cum butyro ♁ prodit, partim fe cum 🜍 antimonii conjun-

conjungit, quæ duo ſubjecta tandem in tertium, ex illis compoſitum, ſc. *Cinnabarim* ♁ abeunt.

Uſus

Horum productorum & Pharmacopœis & Medicis admodum proficuus eſt. Priores enim unicum in hanc operationem nummum uncialem impendendo, ex calculatione LUDOVICI, juxta communem Myropolarum taxam, centum Imperiales inde lucrantur. Medici pharmaca inde contra morbos contumaciſſimos, tam internè, quàm externè adhibenda obtinent. Illîc *cinnabaris* ♁ in omnis generis convulſionibus & ipſo caduco medicamentum præbet nobiliſſimum, adeòquidem, ut elogium illud, quod trium Imperatorum Archiater CRATO cinnabari nativæ, quam Magnetem epilepſiæ vocat, tribuit huic cinnabari ♁ etiam deberi dicat ETTMULLERUS. Cumprimis autem Epilepſiæ accidentali omnibuſque doloribus viſcerum fibrarumq; nervoſarum ſpaſmodicis validè reſiſtit, ſicque in Colica convulſiva, à fumis & evaporationibus mineralibus oriunda (in der Bergkatze) in tremore aurificum à frequenti ☿ evaporatione, in doloribus hyſtericis & arthritide, tam fixa, quam vaga, egregiè ſeſe gerit. In eryſipelate, in ſpecie caput affligente aliiſque capitis affectibus tantum valet, ut à Practico quondam feliciſſimo D. MICHAELE in ſpecificum cephalicum recepta fuerit. In febribus, cumprimis malignis, ſua quoque laude non caret, adeò, ut POTERIO ſudoriferum antipeſtilentiale dictum fuerit. Multum quoque in morbis puerperarum præſtat, non tantum dolores poſt partum & ſpaſmos uterinos ſiſtendo, ſed & partum ipſum, ob contractionem uteri ſpaſmodicam retardatum, promovendo. Doſis eſt ℈ß. ad ℈j. ſive ſola, ſive cum ⊖ volat. CC. ſuccini &c. detur, quæ ſine ullo periculo illi combinari poſſunt, dumècontra alia ſalia fixa ipſi non ſint maritanda, ne in concretum ☿ ♎ ſimile cum illis abeat. Præſcribitur ita:

℞. Cinnab. ♁. ℈j.
⊖ vol. CC.
Succini āā. gr. v.
Ther. cœl. gr. j. M. pro doſi.

Externè *Butyrum* ♁ potiſſimum ad excitandos fonticulos, ad eradicandos abſceſſus malignos, carbunculos peſtilentiales, gangrænam & ſphacelum ſummoperè laudatur, de quibus pluribus in Prax. infallib. Part. 2. Chirurgicâ agitur. De ſpiritu ⊕ Philoſophicô, ☿ vitæ & Bezoardico minerali inde præparandis eorumque uſibus in ſpecie jam, Autoris noſtri ductu, paucis adhuc tractandum eſt.

VIII.

Bezoardicum Minerale.

℞. Butyri ♁ ℥ij. affunde per vices ⏦ ⦶. ℥xij. poſtmodum ⏦ ⦶ abſtrahitur igne vehementiori, ut materia ſicca remaneat, quæ albida eſt; hinc pluribus lotionibus edulcoratur, vel etiam 🜄 cum eâdem digeritur & abhinc deflagratur.

Aliâs autem cum Croco metallorum ita fit:

℞. Croci metallorum ℥ij.
⏦ ⦶. ℥xij. M. in retortâ: ebullitione & fumis ceſſantibus procedatur, ut ſupra.

Ratio procedendi.

In hujus præparatione WILLISIUS obſervat, quod, dum liquores hi acerrimi committuntur, ſales mox ſibi invicem occurrentes ſtrictè combinentur. Interim particulæ ſulphureæ, quæ uberi copiâ ſuppetunt, prorſus excluſæ & manu qſ. miſſæ avolant, atque ſalina quædam corpuſcula ſecum auferentes calorem & fumum (qſ. aliquid actu combureretur) valdè tetrum cient: quibus abactis ſalinæ relictæ eum paucis ♁ terreis ſtrictè combinantur, demumque ignem paſſæ, ut 🜍 emeticum penitus exhalet, atque ſalia aculeis corroſivis priventur, diaphoreticum inſigne conſtituunt, quatenus ⊖ medicamenti corporis noſtri ſalibus occurrendo & qſ. imbibendo ſanguinis & humorum circulantium compagem laxant, ut particulæ ſeroſæ eò facilius ſecedere poſſint.

Uſus

Intuitu Bezoardicum Minerale optimum eſt ſudoriferum in febribus omnis generis, cumprimis malignis, petechiis & ipſa Peſte: ſi quidem in Peſte Neapolitanâ egregiè profuiſſe dicitur. Valet quoque in ſcabie & aliis morbis cutaneis. Doſis à gr. viij. ad gr. x.

PARTITIO II.

De

MERCURIALIBUS.

Quemadmodum servi fugitivi rarò absque spolio se subducunt, ita Mercurius, illis accensitus, è priori tmemate pulverem quendam rapuit, suoque nomine insignivit, qui

I.

Mercurius Vitæ,

Aliis autem *Pulvis Algaroth* audire solet, cùm, si genuinos ejus natales spectemus, potius ad Antimonialia referendus sit. Paratur enim ita:

℞. Butyri ♁ rectificati q. v. infunde in 🜄 communem, quæ exinde lactescet, & successivè in fundum secedet pulvis albus, ☿ *vitæ* nominatus. Aqua autem illa, in qua præcipitatus est Mercurius vitæ, si destilletur & à phlegmate separetur, exhibet spiritum acidum, qui vulgò *Spiritus* 🜔 *Philosophicus* vocatur.

Ratio procedendi.

Cum butyrum ♁ nihil aliud sit, quam Regulus ♁ à salibus eorumque ⁓ acido corrosus, hinc, si aquâ affusâ salia illum compedibus quasi detinentia solvantur, pulvis ille regulinus gravitate suâ fundum petit, qui hanc ob causam ♁alis potius, quàm ☿rialis est prosapiæ, quod tam à priori, quam posteriori demonstrari potest. Illîc enim spiritus mineralium acidi, ob texturæ mechanicam, libentius cum metallis & semi-metallicis (quale ♁ est) corporibus se jungit, quam aliis. Hîc ☿ vitæ fusus 1. in crucibulo in pristinum ♁ corpus reducitur. 2. Etiam sine additione ☿ ♎ ex ♁ obtinetur, quando butyrum ♁ destillatur ex ♁, regulo aut & vitro ♁ cum ⁓ ⊖ saturatis, aut ⦶, 🜔 & lateribus contusis adjectis, quod ETTMULLERUS sequenti ratione fieri docet:

℞. Antimon. part. j.
⊖. decrepitat. part. ij.
🜔. ad albed. calcin. part. iv.

Misc. & destill. per retortam, & obtinebis butyrum ♁, sed absque cinnabari, ob defectum ☿. è quo tamen eadem, ut in priori processu, ratione ☿ vitæ præcipitari potest. E quibus ad oculum patet, Mercurium vitæ, vulgò ita dictum, non tam à ☿riô, quàm ♁ procedere, Q. E. D.

Usus

Ejus multis est exosus, adeò, ut ob successus infelices eundem potius *Mercurium mortis*, quàm *vitæ* dicere malint. Ast partim injuriam faciunt præparato huic, partim falsâ hypothesi nituntur, existimantes hoc ipsum à ☿ ♎. procedere, quod tamen falsissimum esse, ex antecedentibus haud difficulter colligi potest. Quin dantur potius casus, ubi necessarius ejus usus est, v. g. in apoplexiâ, paralysi linguæ & deglutitione impedita, in quibus ori inflari, aut linguæ imponi poterit. Mitior tamen est qui è regulo ♁, & quidem ♂ali, paratur, quia sub hujus calcinatione 🜍 subtile partim avolat, partim à sulphure fixiori ♂ corrigitur. Quid quod adeò domari possit, ut tantum per inferiora laxet, sicque ♁ *per inferiora laxans* audiat, si sc. per lixivium ♀ præcipitetur, aut 🜊 ♀risatus ab eodem aliquoties abstrahatur. Dosis ejus in substantia sunt gr. ij. & in infusô (quod tutius) gr. v. Infunditur autem in vino per noctem, abhinc per chartam filtratur & ab ℥i ad ℥iß. exhibetur.

Quod stagma acidum, post ejusdem ⩧nem remanens, attinet, illud nihil aliud est, quam aqua ⁓ ⊖. imprægnata, qui facile inde per destillationem à 🜍 separando obtinetur; unde rectius *Spiritus salis Philosophicus*, quam 🜍 aut ⁓ 🜔. Philosophicus diceretur, cum in ♎one ☿ de 🜔 nihil adscendat.

Usus ergò hujus phlegmatis quodammodò coincidit cum ⁓ ⊖ dulci, ejusque intuitu *Tinctura florum bellidis* (quæ cum illo extrahitur) tam egregia & decantata est in restinguenda siti: & ardore febricitantium, infundendo saltem 30. vel 40. guttas in pintam potus ordinarii.

Inter ipsa autem ☿rialia propriè verèque sic dicta reliquorum fundamentum est

II.

Mercurius sublimatus,

Qui ita commodius paratur:

℞. ☿ in 🜅. soluti.
🜔 exsiccati.
⊖. decrepitati ana lib. j.

Misc.

Misc. exactissimè & ♎tus è cucurbitâ humili; cucurbitæ hujus commissura s. orificium ab initio non adeò exactè claudatur, ut ⚴ salium quodammodò exhalare possit: Vaporibus verò albis comparentibus exactissimè obturetur circumcirca, △. gradatim augeatur & ☿ ♎tus in formâ ⊖. crystallini superiori sublimatorii parti adhærebit.

Ratio procedendi.

Hîc Mercurius seu argentum vivum à salibus in 🜄 Forti æquè ac mineralibus additis, dissolutus cum hisce à substrato igne in sublime fertur & propellitur, à quibus partim absorptus quasi & in poros eorum receptus albedinem crystallinam acquirit & ob particulas illorum acutas, superficiem ejus obsidentes, tantam corrosivitatem nanciscitur, ut venenorum arsenicalium instar omnes viventium partes arrodat & corrumpat, juvante spiculorum aculeorumque actionem ejus mobilitate.

Usus

Ejus internus omninò nullus est, cùm præsentaneum sit venenum, & sive studiô vel malitiâ, sive per errorem loco ☿ dulcis, intus propinatus homines & bruta statim juguler, prout casus in Pandectis & Novellis Medico-Legalibus attestari possunt. Hinc pessimè & periculosè agunt omnes, quotquot ad salivationem maturandam aliquot grana ☿ ♎ti intus dare solent. Externè in affectibus cutaneis, maculis, nævis & stigmatibus eradicandis laudatur, unde WILLISIUS aquam suam cosmeticam inde parat, quæ vid. in Pharm. Rat. sect. 3. c. 5. in fine.

Ex hoc sublimato fit

III.

Mercurius Dulcis.

℞. ☿ ♎ ℥iv.
vivi s. commun. ℥iij.

Misc. probè in mortariô marmoreô, cum pistillô ligneô: postmodum sublimentur ter vel quater in phiola breviori. Sublimationem hanc si repetiveris duodecies, obtinebis *Panaceam Mercurialem.*

Ratio procedendi.

Quum particulæ argenti vivi sint globulosæ, hinc ☿ sublimato de novô junctæ spiculisque ejus appositæ impediunt, quò minus aculeis suis fibras sensiles vellicare & quacunque ratione violare possint, haud aliter ac globuli ex cera sigillatoriâ aciculis aut acubus affixæ punctionem illarum impediunt; & hanc ob causam *dulcis* audit, non ratione saporis, qui adhuc salinus est, sed ratione efficaciæ, quia dulcium instar levius & mitius in linguam & partes agit. Quodsi tamen sapor ejus acerbus nimium, amarus & acris sit, aut operatio minus legitima, aut ☿ ♎tus arsenico adulteratus fuerit, tormina atrocia inferre solet, ut in Novell. Medico-legalibus supra citatis observatum fuit. Arsenicale autem virus in ☿ ♎to agnoscitur, si ab ☍ ♀ p. d. superinfuso nigrescat: Sin verò ☿ dulcis ab ☍ ♀ affuso flavescat, signum est dulcificationis minus legitimè peractæ, unde de novo c. ☿ vulg. sublimandus est. Quo sæpius enim repetitur hæc dulcificatio, eò tutior est ☿ dulc. Unde Gallorum *Panacea Mercurialis* tantoperè laudatur, de cujus præparatione & utendi modo, in Regio Nosocomio Invalidorum Parisiis recepto, plura vid. in Polychrestis nostris Exoticis de Panacea ☿riali.

Usus

Mercurii dulcis satis frequens est in Praxi, cum purgans nobilissimum constituat in cachexia pituitosa, leucophlegmatia, catarrhis, affectibus cutaneis & cumprimis in Lue ♀reâ. Quia verò ☿rialia dentibus sunt infensa, hinc non tam in forma pulveris, quam boli, aut pilularum danda sunt. Dosis ejus est à ℈ß. ad ℈j. cum stimulo, v. g.

℞. Extract. panchymag.
helleb. nigr. ā̄ā. ℈ß.
☿ dulc. ℈j.
Scammon. ♁rat. gr. iij.
c. s. q. Syrup. rof. sol. F. Pil. pond. gr. j. consperg. pulv. liquirit.

Pilulæ tales non sunt deaurandæ, cum aurum foliatum ☿ vulgi qs. revivificare sibique jungere possit, unde ☿ ♎ compedibus solutus tormina in corpore movere solet. Experto crede Ruperto.

Panacea ☿rialis intus (ascendendo & descendendo in dosi) sumpta salivationem movet, & ita Luem ♀ funditus exstirpat. Vid. alleg. Polychresta exotica,

Externè ☿ dulcis scabiem, pediculos, cimices & alia insecta, haud secus ac ☿ vulgi, curat & enecat. Vid. Musei Museorum Tom. I. Tit. de ☿.

IV.

Mercurius præcipitatus albus.

℞. ☿ sublimat, ℥ij.
⊖ ✳ ℥iv. Solv. in 🜄. fontan. pint. ß. Solutioni filtratæ affunde ☍ ♀ p. d. ℥vj. agitato

agitato liquori affunde ▽ fontan. pint. ij. Trajice per chartam & huic adhærens pulvis vocatur ☿ ♒ albus.

Ratio procedendi.

Ut connubium ☿ cum salibus tollatur, additur ⊖ ✳, quo facto è solutione per contrarium ☍ ♀. alcalinum facile præcipitatur ☿, qui albicat, cum sulphur ejus per ⊖ ✳ solâ solutione in tantum non extravertatur, quàm si in spiritibus mineralium acidis solvatur, prout in seqq. videre licet.

V.

Mercurius præcipitatus ruber.

℞. ☿ crudi ℥j. solv. 🜅. ℥ß. solutioni add. ▽. fontan. ℥ij. postea affundatur ☍ ♀ p. d. ad præcipitandum ☿ in pulverem rubrum, quem filtratione peracta leviter edulcora, ab ▽ sepaando.

Ratio Processus.

Ἐγχειρήσεως hujus Chymicæ Ætiologiam WILLISIUS hanc dicit, quòd ☿ ab 🜅 Forti dissolvatur, quatenus particulæ salinæ menstrui salibus metalli occurrentes eos sibi statim arripiant, indeque vinculo mistionis soluto cæteræ omnes particulæ manumissæ & quaquaversus expansæ inter poros menstrui delitescant, quæ affuso liquore menstruo solventi contrariô facile exinde ad fundum dejiciuntur. Color autem rubicundus hujus præcipitati à proprio 🜍 argenti vivi oritur, quod per solut. cum ∽ ⦶ vel 🜅. magis extravertitur, cum ∽ ⦶. admodum sulphureus texturam ejus citius feriat & penetret.

VI.

Mercurius præcipitatus luteus.

℞. ☿ sublimat. ℥j. solvatur in ▽ fontan. ℥iij. affund. ▽. ♆. aut ☍ ♀. p. d. Filtra, ad separandum pulverem luteum, edulcorandum.

Ratio Processus

Eadem est, quæ in prioribus, nisi quod color luteus à particulis sulphureis ☿rii in minori quantitate extraversis oriatur.

VII.

Mercurius præcipitatus viridis.

℞. ♀. pulv. ℥ß. solv. in matrac. exig. cum 🜅 Forti ℥iij. admove calorem lenem, ut facilius solvatur, tum recipe ☿ ♎ & ⊖ com. albiss. ana ℨii. solv. in 🜅 Fontan. ℥vj. ambas solutiones misce & affunde guttatim ∽ ⊖ ✳. q. s. ad præcipitandum ☿, tum solutiones leviter evapora, & obtinebis pulverem præstantissimum.

Ætiologia

Coloris viridis, ob ♀ admistam, cuivis patescere poterit: de reliquis par parium est ratio.

Usus

Omnium Præcipitatorum magis externus, quàm internus est, in curandis affectibus cutaneis, ulceribus sordidis antiquis, è quibus carnem putridam, aut sola, aut c. O. usto absumunt. Quid in curanda Lue ♀ faciant, lippis & tonsoribus etiam notum est.

VIII.

Bezoardicum Maximum Fabri.

℞. Stanni ℥iij. Funde in crucibulo: liquato stanno adde ☿ vivi pondus æquale, tum citò crucibulum exime igne & materiam fusam in pavimentum, probè prius à sordibus mundatum & siccum, effunde, & refrigerabitur. Tum ℞. hoc amalgama atque pulverisa, adde ☿ sublimati ℥vj. & inde retortæ, cui adapta recipiens, in quod 🜅 Fontan. ℥iij. infuderis. Destilla postmodum prodibitque liquor, *Butyrum Jovis* dictus. Tum deluta recipiens atque retortam, ac capiti mortuo superfunde id, quod in recipiente est & solvetur. Huic solutioni adde ⦶. ℨiij. & denuo igne fortissimo destilla & prodibit ∽ ⦶ *duplicatus*, meritò ita dicendus. Caput mortuum aqua postmodum lavatur & ab eadem mediante filtrô separatur, usuique servatur. Diaphoreticum est omnibus ex ♉ præparatis præferendum, ut ex usibus patescet.

Ratio procedendi.

Quemadmodum in Butyri ♉ destillatione salia rodebant corpus ♉, ut exinde primùm ☿ vitæ & abhinc Bezoardicum minerale obtineri possit: ita hoc in processu per salia, in sublimato recondita, Amalgama Jovis similiter in Butyrum Jovis corroditur, è quo postmodum pulvis ille diaphoreticus obtinetur.

Usus

Usus

In tollendis obstructionibus (vulgò ita dictis) viscerum inflammationibus, hectica & omnibus pectoris affectibus (in quibus *antihectico* POTERII præstat) est egregius. Datur ad gr. viij. ad x. & plures.

PARTITIO III.

De

SPIRITIBUS CHYMICIS.

I.

Spiritus salis crocum redolens.

℞. ⊖ marini decrepitati & pulv.

⊕ alb. ana. Misce & destilla per Retortam igne vehementissimo, prodibit ∽, & caput mortuum, calcinandum in crucibulo, elixiviandum & evaporandum aliquoties, dabit ⊖ *mirabile Glauberi.*

Ratio Processûs.

Quamvis Sal culinare atque fossile spiritum quoque fundant acidum, attamen adeò fragrans non est, quam ∽ ⊖. marini. Hic ergò si desideratur, sumendum est ⊖ marinum, quod magis sulphureum est. In sale enim marino 🜍 vivum, perfectum & inflammabile reperiri testatur anatome ejus Chymica. Decrepitationis ratio autem est, ut prius è ⊖ tollatur humiditas aquosa, sicut in destillatione ∽ ⊕ quoque cum ⊕ observatur. Tandem adiicitur ⊕ album, pro medio sc. per quod salis particulæ mox discontinuari solent, ne, si diutius in igne subsistat, liquescat & fundatur: ad quod alii O. aut argillam, lateres & sim. in bolos formata recipiunt, quæ omnia rejicit BARNERUS ex eô, quòd ▽. quacum terrea hæc in bolos formantur, subdestillatione deinde ⊖ decrepitatum nova humiditate imbuat: unde Autor noster alibi in ∽ ⊖ communi cotem pulverisatum substituit.

Nec *obstat* ⊕ æque incommodum esse, cum verendum sit ne ∽um suum simul fundat, sicque Spiritus salis ⊕latus (ut SCHROEDERUS eundem vocat) non verò genuinus ∽ ⊖ elevetur. Metus enim hic prorsus inanis est, cum ⊕ longe fixioris sit naturæ, quàm ut ⊖ mistum ∽um suum destillando reddat. Licet ergò 🜍 ⊕ quodammodo diluat ∽. ⊖. nequicquam tamen de ∽ ⊕ genuinó simul prodit, adeò quidem, ut si ∽ ⊕ rectificatus affundatur ⊖ com. hæcque simul destillentur, ∽ ⊖ saltim prodeat, teste ETTMULLERO in Comment. ad Pharm. Ludov. pag. 1144. edit. Westphali: ubi simul de variis modis, quibus *Spiritus salis dulcis* redditur, agitur, quos inter optimus est, qui fit cum duplo 🜄 eum aliquoties cohobando, quem B. VALENTINUS *aquam* suam *temperatam* vocat. Interdum tamen cum ∽ quodam appropriato dulcificatur s. mitigatur, sicut in Peste cum ∽ theriacali dulcificatus optimum est præservativum & curativum.

Usus

Spiritus Salis non tantum in Chymicis, sed & in Foro Medico magni semper æstimatus fuit. Illîc enim menstruum egregium, ipsum etiam ☉ solvens, præbet. Hîc summum est refrigerium in effervescentiis febrilibus, destruendo refrænandoque bilem efferatam saliaq; alcalia in corpore humano nimis debacchantia. Hinc in Julepis sitim compescit, tam hypochondriacorum, quam febricitantium. Porrò quoque diureticum præbet in hydrope egregium, cumprimis si cum ⊖ quodam fixo in ⊖ salsum commutetur. Tandem in confortando tono stomachi ∽ ⊖ dulci nihil est præstantius ad provocandum appetitum, cruditatem nidorosam corrigendam, nauseam & vomitum abigendum. Dosis à gt. x. ad xii. imò plures adscendit, in vehiculô appropriatô danda.

II.

Spiritus & oleum ⊕.

℞. ⊕. ad albedinem calcin. q. v.

Pulverisa, & inde Retortæ lutatæ, atque igne reverberii destilla per triduum: prodibit primò ∽ & tandem ☍, ⊕ in recipiens. Quod remanet in cucurbita, est ⊕ *Colcothar.*

Ratio procedendi.

Quùm ⊕ non calcinatum, ob 🜍 conjunctum facilè colliquescens, nullum omnino Spiritum fundat, imò etiam Retortam disrumpere faciat, hinc per calcinationem illud primò dephlegmandum erat. Quidam tamen 🜍ma ⊕ conservando destillationi illud prius committunt, quam Autor noster ita instituit:

℞. ⊕ lib. iij. inde cucurbitæ vitreæ, pone super ignem arenæ, adapta capitellum & recipiens. ⊕ primò solvetur, & postmodum 🜍 destillabit in recipiens. Quod remanet in cucurbita, est ⊕ *album.*

Utrobique autem non opus est, ut ad partium discontinuationem faciliorem & fluorem coërcendum corpus aliud terreum, aut salinum, ut in destillatione ∽ ⊖. ⊕. &c. observatur, addamus, cùm ⊕ suf-

ficientes

ficientes particulas metallico - terrestres in se contineat, quæ impediunt, quò semel calcinatum minus colliquescat. De cæterò 〰 & ☍ nonnisi gradu majoris vel minus aciditatis differunt, ratione essentiæ autem conveniunt, cum ☍ tantum aliquot particulas metallicas secum rapiendo gravius & concentratius sit, ut levi dilutione facile in 〰 mutari possit & 〰 ⊕ vicissim facile in ☍ ⊕ (vulgò sic dictum) concentrari possit,

Usus.

Omnium horum præparatorum è ⊕ ferè idem est ac 〰 ⊖. nisi quod 〰 ⊕ majorem adstrictionem & acrimoniam conjunctam habeat, eaque de causâ pulmonibus æquè ac dentibus noceat: unde utrobique 〰 ⊖ illi substituendus, illîc in pleuritide, hîc in dentium nigredine & flavedine tollenda, quamvis præstet hoc in casu ab acidis ejusmodi prorsus abstinere, ne ante congruos annos edentuli fiamus. In ardore febrium & compescenda siti ♆ ⊕ & cum eô parata Tinctura florum bellidis egregiè conducunt. In stomachi affectibus, apepsia, anorexia & similib. 〰 ⊕ tribus aut quatuor partibus elix. propriet. aut menthæ misceri poterit, cumprimis mitigatus, seu ut loquuntur, *dulcificatus*, cum 🜄 digerendo & cohobando facile parandus: qua ratione & ☍ ⊕ dulcificando Spiritum ⊕ volatilem suum efficere conatur VIGANUS, hac ratione:

℞. ☍ ⊕ ℥ij. affunde 🜄. optimi ℥viij.

hinc calor orietur intensissimus, absque ebullitione. Aptetur excipulum & △. lento vel MB. vel ∴ abstrahatur ad dimidias. Hinc refrigerati liquores, tum ille, qui in excipulo est, tum qui in Retortâ remansit, confundantur. Remedium est optimum in omnibus hæmorrhagiis, tam internis, quàm externis sistendis, quod aliàs *Aqua Rabelii*, famosi quondam Circumforanei, vocatur.

Si cum ♀ dulcificetur, *Spiritus aperitivus* PENOTI audit, quià D. MICHAELE ita parabatur:

℞. ⊕. calcinati. part. iij.
⊖ ♀. optimè depurati p. j.
Silicum fluviatil. p. vj.

destillentur △. fortissimo per Retortam, & prodibit 〰 ⊕ admodum temperatus, in defectu mensium, malo hypochondriaco & scorbuto cum vehiculo convenienti dandus. Valet etiam in hydrope curando, aliisque obstructionibus viscerum, quas vocant Dosis est à ʒß. ad ʒj. E capite mortuo elixiviatur c. ▽. pluviali ⊖ *digestivum*, à gr. vj. ad xij. purgantibus pro stimulo adjic. & cum epat. rubr. in dictis modò affectibus propinandum.

III.

Spiritus Salis Armoniaci volatilis, omnibus hactenus cognitis penetrantior.

℞. ⊖ ✱.
lapid. hæmatit. ana,

contunde separatim in mortariô marmoreô: Misce & per spatium 14. præterpropter dierum in cella repone. Postmodum inde Retortæ vitreæ, atque in ∴. destilla igne primùm lentô & prodibit ♆. Postmodum adaptetur vas recipiens & igne ad 4. gradum auctо egredietur 〰 admodum penetrans, qui eximendus & usui servandus. Abhinc caput mortuum, in Retortâ residuum, fractâ hâc eximitur & pulverisatum in cellâ reponitur, donec liquescat: Tum ex eô, mediante igne suppressionis, elicitur Spiritus Salis. In qua tamen operatione attendendum, ne 〰 ⊖ ✱, qui adhuc in capite mortuo restat, cum 〰 ⊖ misceatur. Proinde primò prodiens gustu explorandus est, nec recipiens prius lutari debet, quàm 〰 ⊖ percipiamus. Ultima hæc operatio multoties potest iterari & semper 〰 ⊖ elici. Hic 〰 ⊖ cum 〰 ⊖ ✱ æquali pondere mixtus dat *Tincturam cœlestem*, mixturam ad omnia stomachi vitia convenientem & omnibus stomachicis palmam præripientem. Si ex capite mortuo novum 〰 ⊖ destillare animus sit, adde ad quamlibet ejus libram ⊖ ✱ ℔ß. atque iterum, ut ab initio, proceditur. Hic processus potest continuari in infinitum ferè, & post multas operationes, si lubet, caput mortuum in crucibulo igni expono, & exinde paro *Crocum* ♂ *adstrictivum*.

Ratio procedendi.

Ad genuinam 〰 ⊖ ✱ ejusque destillationis ætiologiam explicandam consideranda primùm est ⊖ ✱ nostratis (nam Veterum nativum erat) præparatio, quæ ex ⊖. com. ⊟ & fuligine constat: sub quâ ⊖. vol. urinæ & fuliginis, dum ♆ evaporat, se jungit cum acido ⊖. com. & ambo abeunt in ⊖ ⊖sum, seu neutrum, quod vocatur Sal armoniacum. Quodsi jam sali huic nil nisi lapidem hæmatitem cum Autore, aut limaturam ♂ cum ZWELFERO addamus, primò quidem 〰 quodammodò alcalinus seu potius ⊖sus prodit, alter verò, qui sequitur, nil nisi 〰 ⊖ est, cum hæmatites aut ♂ addita tantùm ad discontinuationem particularum ⊖ ✱ faciant: nisi fors dicere velimus per diuturnam illam 14. dierum digestionem texturam magis resolvi, ut ⊖. vol. ⊟. in primâ operatione quodammodo liberetur & elevetur. Unde BARNERUS 〰 hunc ad acidos refert. Quodsi vero 〰 ⊖ ✱ prorsus alcalinum & urinosum desideremus, aliud potius alcali est adjiciendum, quod ⊖ commune in ⊖ ✱ sepultum absorbeat atque ⊖. vol. urinæ à compedibus suis liberet. Hunc in finem portio anatica, aut dupla, calcis vivæ illi additur, aut & ⊖ ♀ ana, vel si ⊖ ♀ nimis pretiosum esse videatur, cinerum clavellatorum portio æquali, sicque levi candelæ vel carbonum calore Spiritum obtinemus penetrantissimum, hac tamen cum differentia, ut si cum calce viva fiat operatio ⊖ ✱ merum fundat spiritum: Sin cum ⊖ ♀ aut cineribus clavellatis, magna ejus pars sub *Florum* ⊖ ✱ formâ se sistat.

Usus

Usus.

Usus ♎ ⊖ ✱ acidi coincidit cum ♎ ⊖ effectibus. Alter, scil. ♎ ⊖ ✱ urinosus, sal volatile macrum est, omnia fere reliqua volatilia superans. &, cùm particulis oleosis destitutum sit, in morbis etiam calidissimis, (quos per subitaneum sudorem curat) innoxium. Diaphoreticum igitur optimum est in febribus, tam intermittentibus, quam continuis malignis. Illîc & tertianam & quartanam curat, unde ♎ antiquartius D. MICHAELI dicitur. Hîc in malignis adeò proficuus est, ut Pesti etiam pestis sit, attestante ZWELFERO & ipsa experientia. In Pleuritide maligna ♎um hunc admodum proficuum observari. In aliis quoque inflammationibus internè & externè prodest. Urinam valdè movet, unde Lipsiæ der Schnuff-Spiritus dicitur, quia ⊡ potatoribus movet. Adhæc flatus discutit & nervinus est, in cardialgia, passione hysterica, Colica & similibus egregius. Menses etiam movet, præmissis tamen aperientibus fixis, tam internè datus, quam externè per instrumentum GLAUBERI vaporetenus adhibitus. In Scorbuto pariter omnibus palmam dubiam reddit. Dosis à ℈j. ad ʒß.

IV.

Spiritus Terebinthinæ, & Terebinthina in ▽ solubilis.

℞. Terebinthin. lib. ij.
▽. Font. lib. v.
⊖ ♀. optim. ℥iij.

M. & in Alembico destilla per balneum Mariæ: prodibit unà cum copioso ⩚ ♎ Terebinthinæ optimus, coloris aquei, saporis & odoris grati. Peractâ destillatione (cujus indicium est, quando nullæ striæ amplius apparent) à ⩚ separatur ope infundibuli. Tum residua aqua lactescens decantatur à *Terebinthina cocta*, fundum occupante in Alembico, filtratur ac evaporatur ad consistentiam saponis mollis, nomine *Saponis alcalici* veniens. Ex Terebinthinâ coctâ autem vulgari modo varii coloris *Olea Terebinthinæ* destillari possunt.

Ratio procedendi.

Additur hîc alcali, quod retinet crassius & spissius inquinamentum oleosum terebinthinæ, simulque hebetat acidum, ut ♎ volatilis penetrans & efficacissimus prodeat: non secus ac è succino (cui similis est terebinthina) ⊖ vol. simile obtinetur.

Usus

Ejus in affectibus renum & vesicæ non tantùm, sed & pulmonum læsionibus internè est laudatissimus. Externè vi balsamica in vulneribus, cumprimis nervorum, neminem deserit. Dos. g. v. ad ℈j. in vitello ovi.

PARTITIO IV.

De

TINCTURIS.

I.

Tinctura ♂ alcalina.

℞. ♂. crud. pulveris. atque lento igne sensim exsicca, quousque cinereum colorem obtinuerit. Postea misce cum æquali pondere ⊖ ♀. Misturam funde in crucibulo, atque per spatium 3. horarum in △ relinque. Hinc effunde in mortarium marmoreum adipe illitum, ut indurescat. Tum pulverisetur statim ac pulveri calenti adhuc affundatur V. defæcatissimus, ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, matracium probè obturetur, sicque V. colorem purpureum mox induet.

Ratio procedendi.

Ut ♁ ♂ tincturam suam eò facilius impertiat, præmissâ tostione funditur cum ⊖ ♀; quod tanquam menstruum sem-universale extractionem ejus juvat. Hinc mirum non est V rectificatissimum ab eo statim tingi; quamvis & hujus partes ♁reæ, ut in Tinctura ♀, multum ad rubedinem ejus contribuant.

Nec *obstat* dari etiam *Tincturam ♂ cum acido*, quam Autor noster quoque habet & ita parat:

℞. Croci metallor. ℥iij.

Affunde ♎ ✚ penetrantissimum, ad supereminentiam 3. vel 4. digitorum, & post digestionem 3. vel 4. dierum evaporetur ad consistentiam extracti. Hinc affunde V defæcatissimum ac digere.

Quod enim ⊖ ♀ agit in priori descriptione, hoc ⦶ fixum sub detonatione jamdum egerat in croco metallorum, quod pariter recludit texturam ♂. ejusque ♁ extravertit. Aliâs enim ♁ra per acida secreta non tam per solutionem aut extractionem, sed per solam substantiæ ☿rialis corrosionem fieri ETTMULLERUS inde probat, quòd ♁, quod à menstruo acido intactum relinquebatur, tali solutioni partim supernatet, partim ♂ frustulis instar crustæ adhæreat.

Usus.

Tinctura ♂ alcalina laudatur à Chymicis in curatione morborum chronicorum, obstructionibus visce-

viſcerum ab Antiquis adſcriptorum, cachexiæ v.g. ſcabiei contumacioris aliorumque morborum cutaneorum ab humorum circulantium impuritatibus ortorum. Valet quoque plurimùm in obſtructione menſtruorum, ſanguinemque purificat. Doſis ejus eſt à gutt. xij. ad xv. vel xx.

II.

Tinctura ♂ ſanguinea.

℞. 🜄. fol. ♀. ℨiij.
🜿 ♂ optimè exſiccat. ℨij. Pulveriſatis affunde 🜅. ℥vj. Digere per aliquot dies.

Ratio procedendi.

Compoſitio ſeu Præparatio hæc coincidit cum *Tincturâ* 🜿. ♂. ZWELFERI, ſub cujus præparatione ſæpe evenit, ut conjunctione 🜿 ♂ & terræ foliatæ ♀ ♂ è 🜿 cadat: unde Tincturam hanc magis tartaream, quàm ♂alem dicit ETTMULLERUS. Aliquid tamen de ♁ ♂ accedere ſaturatiſſima rubedo innuit, cujus intuitu etiam ſanguis ♂ à Geiſſuſio Sen. Practico quondam Haſſiæ famigeratiſſimo dicebatur: quo titulo adhuc proſtat in Officinis Giſſenis, Butisbacenſibus & Francofurtenſibus.

Uſus.

Fortius deobſtruit quàm R ♂, in hypochondriacis, ſcorbuticis, cachecticis: cumprimis autem in chloroſi & obſtructione catameniorum valde utilis. In ſcorbuto tamen palmam illi dubiam reddit *Tinctura ♂ cærulea* D. ETTNERI, cujus genuinam deſcriptionem ab Imperatrice Sorore obtinuit Epiſcopus Auguſtanus, ad cujus præparationem requiruntur ſeqq. 1. Crocus ♂. ℞. Lim. ♂. purif. vel chalybis fere impalpabilis lib. j. 🜿. Ungar. optim. ☿. viv. ana lib. iv. immitte omnia in ollam terream & vitreatam, quibus ſuperfunde 🜊 vini albi acerrimum ad eminentiam 4. dig. Pone ſuper 🜂. lentum carbonum, & ſpatulâ ligneâ ſenſim ſenſimque materiam move, & ſic intra horam, vel ſummè bihorium accipies ā̄ā̄ ♂ale, quod 🜄 pura lava, & quando puriſſimum erit, tunc ſicca, colloca in Retortâ in ∴ & 🜂 ſuppreſſionis per gradus evoca ☿. Sic in fundo Retortæ manebit crocus ♂ rubicundiſſimus, ad colorem ♀ vergens. Hunc crocum tere & pro uſu ſerva. 2. Spiritus ⊖ ✱ cum æquali parte ⊖ ♀ l. a. præparatus, qui dein de cap. mortuo proprio evaporatione exſiccato ſaturatur, uſque dum nil amplius de eô imbibat & filtretur. ℞. igitur 〜 ita impregnati parum, ſuperfunde ſuper crocum ♂ pulveriſatum inque vitro agita, & poſt hæc effunde 〜 ſicque repete & crocus cœruleo colore infectus aſpicitur. Elue colorem cum 〜 & ſic continua, uſquedum, quantum illius ad laborem neceſſarium eſt, ſolutus ſit, quod ex colore ſaturato animadvertere potes. Filtra coloratum ſpiritum & cum alterô non colorato conjunge. Demum ad ℔j. hujus adde ℥ß. de ⊖ ♀ vol. in 〜 ⊖ ✱ ℥ij. ſoluto, ſic præparata eſt *Eſſentia ✱ ♂alis*, quam uſui ſerva.

III.

Tinctura ♁.

℞. ♁. ℥j.
⊖. ♀. ℥iij.

Liquentur ſubitò in mortario ignito, injecta pulveriſentur & in matracio affundantur 🜅. optimi ℥vj.

Ratio procedendi.

Cum ♁ commune præter particulas 🜍ſas balſamicas etiam terreſtres & 〜 acidum contineat, hinc ut priores ab his ſegregentur & ſeorſim obtineantur, cum menſtruo appropriato ſulphureo, ſc. 🜅. extrahendæ erunt, cujus actionem (♁ texturam aperiendo) juvat ⊖ ♀ adjectum. Sic particulæ 🜍ſæ ſolutæ Tincturam ſuppeditant rubicundam, cum ⊖ ✱ etiam alembicum tranſeuntem, ut in R ♁ BOYLEI fieri ſolet.

Uſus.

Tinctura hæc eadem præſtat, quæ Balſamo ♁ tribuuntur, quo gratior longè & guſtui acceptior eſt. Confert igitur in omnibus viſcerum internorum, cumprimis autem in pulmonum læſionibus, in phthiſi, tuſſi, aſthmate. Optima quoque eſt in curandis affectibus cutaneis, ſcabie & ſimilibus, tam internè propinata, quam externè illita. In curandis fiſtulis injiciatur cum eſſentia Myrrhæ aut Elix. proprietatis, ſine acido. In ulceribus antiquis & vulneribus pariter cum emolumento adhibetur, cumprimis in illis ſubjectis, quorum cutis 🜍ſa & emplaſtra perferre nequit.

IV.

Tinctura Myrrhæ.

℞. ⊖ ♀ ℥ij.
Myrrh. ℥vj.
🜅. rectif. lib. iß. M.

Digerantur leni calore, donec purpureum colorem elegantem ſpiritus extraxerit. Liquor filtretur, & uſui ſervetur.

Ratio procedendi.

Similia similibus solvuntur. Cum igitur Myrrha subjectum sit resinosum & ꝏsum, tale quoque menstruum, sc. 🜈 rectif. requirebatur. ⊖ ♀ additum juvat & facilitat 🜍rearum particularum extractionem, particulis suis acutis aditum faciendo moleculis ꝏsis 🜈. haud aliter ac mechanici, pro meliori clavorum intrusione, terebrando prius aditum parare solent.

Usus

Tincturæ hujus adeò latè patet, ut D. LANGIO olim *Essentia salutis* dicta fuerit. Quid quod ab HELMONTIO ipsa myrrha pro corporis humani balsamo & vitæ consortativo habeatur; quò etiam respexisse videntur Magi ex Oriente venientes, & Salvatori thus, aurum & myrrham offerentes. Vi enim suâ balsamica resistit omni putredini: unde loco præservativi contra Pestem à Paracelso commendata olim fuit Sterzigensibus. Quemadmodum igitur tempore pestis & aliorum morborum contagiosorum Medicos nunquam ægros visitare jubet ETTMULLERUS, nisi mastichis & myrrhæ masticatione prius se muniverint: ita pariter essentia & tinctura myrrhæ hunc in finem aliis præservativi loco præscribi poterit: quam ipso, quo hæc scribo, annô, febre petechiali Gissæ, (quo milites præsidiarii in ultima Landavii obsidione capti, per Galliam ducti & durissimè habiti, tandem in Hassiam remissi eandem deportaverant) grassante & metum pestis inducente, arcani nomine venditando Practicus quidam, non sine fœnore insigni, per schedulas publicas commendabat. Adhæc egregium expulsivum est in variolis & morbillis, catameniis & lochiis obstructis, unde & fœtum demortuum potentissimè expellit. Pro sanguine scorbutico depurgando seq. ratione eandem præscribit ETTMULLERUS:

℞. R. ♉. è scor. ʒij.
Myrrhæ ʒj. M.
Dentur 30. vel 40. guttæ in vehiculo domestico aut appropriato.

In scabie idem ℞. R. aut essent. Myrrh. ʒij.
lignor. comp. ʒiij.
M. D. ad 40. guttas.

In stomacho aliisque visceribus roborandis & à verminosa putredine præservandis pariter valdè prodest, eamque ob causam Elixir proprietatis PARACELSI ingreditur.

Externè laudatur in vulneribus & ulceribus antiquis, cumprimis fistulosis, ope siphonis injecta. Quin & in scorbuto oris vel sola, vel cum R. ligni sancti, aut, si hæmorrhagia gingivarum insignior conjungitur, cum R. Laccæ maritata.

V.

Tinctura ♀ extemporanea.

Hanc ante V & quod excurrit lustra in Laboratorio Regio ita parari vidi: Calcinaverant sc. & in △. detinuerant ⊖ ♀ per triduum: huic adhuc calido & ferventi infundebant 🜈. qui statim & in continenti colore rubicundo tingebatur.

Ratio procedendi.

Cum Tinctura hæc, ut alibi dictum fuit, potius ꝏsis 🜈. particulis quàm ⊖ ♀ tribuenda sit, hinc mirum non est easdem à ⊖ ♀ per diuturnam & continuam hanc calcinationem & calorem actualem summè activo reddito & qs. volatilisato statim resolvi, suamque Tincturam subitò de se spargere: haud aliter ac salia volatilia cum ꝏ digesta rubedinem induunt.

Usus.

Tinctura ♀ egregium medicamentum in obstructionibus Viscerum antiquis, malo hypochondriaco, alvo contumaciori, calculo & mensibus pellendis constituit. HARTMANNUS eandem tempore somni assumendam suadet: ast & tempore matutino & vesperi, aliisque horis Medicis sumi potest, & quidem à gutt. xx. ad xxx. in cerevisia, aut vino calido, vel aliis vehiculis.

Potest misceri cum aliis appropriatis, sive nephriticis, v. g.

℞. Tinct. ♀.
Essent. ♂. ana ʒij. M. D. gutt. xxx. ad xxxx. in vehic. conven.
Vel
℞. Tinct. ♀.
♉. āā. ʒj.
Liq. nephrit. ex silic. Glaub. ʒij.
M. D. gutt. xxx. in ▽. saxifrag.

VI.

Aqua styptica. A.

℞. ⊕ albi ℥ij. dissolv. in
▽. calid. ℔j. Postmodum ℞.
O. rubri ℥ij. dissolve itid. in
▽. calid. ℔j. Solutiones misce ac trajice per chartam: Postmodum evaporentur ad dimidium: adde paululum solutionis heliotropii tricocci, ad conciliandam Tincturam purpuream.

PARTITIO V.
De
SALIBUS QUIBUSDAM CHYMICIS.

I.
Tartarus solubilis.

℞. 🜿. crud. pulverif. ℔j.
⊖ 🜿 ℔ß. M. ac solve in 🜄 Fontan. pint. V. solutionem calefac in sartagine, cavendo, ne liquor, qui in spumam abit, extra sartaginem emergat. Tandem trajiciatur per filtrum & evaporetur.

Ratio Processûs.

Cum 🜿 ejusque cremor & crystalli nonnisi in vehiculo calido solvantur, haud pauci verò eundem in vino aut cerevisia assumere ament, hinc illi combinatur sal 🜿, quod facilimè solvitur in quovis humido. Ubi tamen observandum est, ut statim sub ipsa solutione, dum adhuc quodammodo ebullit, absorbeatur, cùm 🜿 depuratus facilimè connubium ⊖ 🜿 deserat & fundum petat.

Usus

🜿 solubilis est egregius pro digestivo & laxativô in hypochondriacis, quibus cremor & crystalli 🜿 aciditate sua tormina sæpe movent, quæ in 🜿 solubili corrigitur per ⊖ 🜿 alcalinum. Abstergit egregiè pituitam, ventriculum & intestina obsidentem, & blandâ irritatione alvum laxat. Unde in curâ acidularum, si forte alvus contumacior reddatur, salutaris ejusdem usus est, cùm operationem acidularum per secessum juvet. Datur à ℈j. ad ʒß. in poculo vini.

II.
Tartarus ⊕latus.

℞. Spirit. ⊕.
🝆 🜿. p. d. ana. M. & cessante ebullitione affunde 🜄. calid. q. s. evapora ad medietatem & repone, ut concrescant crystalli, quos exime, iterum evapora, idque toties repete, donec omnem 🜿 ⊕latum exemeris.

Ratio procedendi.

Cum ∽ ⊕ nimium acidus & corrosivus sit, hinc per additionem 🝆 🜿 per deliq. tanquam ⊖ alcali contrarii cicurandus erat; adeòque duo hæc proportione anaticâ maritata sal tertium, quod neutrum & enixum vocant alii, exsurgit, & de utroque participando mediam, salsam & abstergentem qualitatem nanciscitur.

Usus.

Tartarum hunc ⊕latum laudatus sæpius ETTMULLERUS in Comment. Schrœd. elegans & universale digestivum ante purgationem pro affectibus ventriculi & intestinorum vocat, ut & aperitivum primarum viarum. Sapore enim suo salso & vi nonnihil laxativa & diuretica insigniter abstergit & temperat; hinc in morbis chronicis remedium merito laudandum est. Observat idem, quod si 🜿 ⊕. à ℈i. ad ʒß. purgantibus misceatur, dimidia saltim horum dosis sit sumenda, quoniam 🜿 per se habet vim proritandi alvum & stimulandi intestina ad excretionem.

III.
⦶ fixum.

℞. ⦶
🜿 ana. Pulverif. & M. Hæc materia per vices injiciatur in crucibulum candens & deflagratione finitâ remanebit sal, quod neutiquam deflagrabit in prunas injectum.

Ratio procedendi.

Cum ⦶ nihil aliud sit quam ⊖ compositum ex ⊖ alcali & spiritu acido sulphureo, hinc, si alcali ex illo desideremus, spiritus acidus ex eô abigendus est, sive per accensionem cum carbonibus, sive per detonationem cum aliis subjectis 🜍reis: unde post croci metallorum & ♁ diaphoretici præparationem illud gratis obtinemus. Ut verò omnes ∽ acidi particulæ, si quæ post accensionem remaneant, penitus enerventur, non sine causa Autor noster adjecit 🜿, sub calcinatione ⊖ suum fixum pariter suppeditantem & acidum illud magis corrigentem.

Usus

Hujus ⊖. Chymicis admodum proficuus & expetitus est ad plures solutiones instituendas, adeò quidem, ut GLAUBERUS liquorem exinde per deliquium paratum pro decantato *liquore Alkehest* venditare non dubitaverit.

IV.

Arcanum Duplicatum.

Hoc nihil aliud est quàm ⊖ extractum è capite mortuo aquæ fortis. Est sc. Sal neutrum, ex parte fixiore ⊕ & ⊕. Pro hâc operatione caput mortuum minutissimè pulverisatur, solvitur in ▽. filtratur & evaporatur in sartagine ferreâ, remanetque Sal fixum, quod vocatur ⊖ *ex duobus*, *Arcanum duplicatum* Mynsichti & *Panacea Holsatica*. Aliter autem à D. LUDOVICO paratur ita:

℞. ⊕. lib. j. Solvatur in
▽. calid. lib. iij. Solutio filtretur, & infundatur
⊕ fixi in aq. font. ℥viij. solut. & præcipitabitur terra ⊕. Hinc liquor per chartam filtrandus est, ut remaneat terra, quæ exsiccanda. Postmodum liquor evaporetur, & remanebit ⊖. arcanum duplicatum dictum, quod in crucibulo reverberandum.

Ratio Processûs.

In utraque operatione Sal fixum ⊕ arripit acidum ⊕. sicque ⊕tat metallum, simul tamen partem ⊕ metallicam aggrediens & aliquid de 🜍 ejus fixo & anodyno arripiens tandem in ⊖ salsum seu enixum abit.

Usûs

Intuitu non tantum convenit cum aliorum salium mediorum qualitate abstersiva & diureticâ, sed & 🜍 intuitu vim possidet anodynam & somniferam in vigiliis diuturnis aliisque affectibus. Hinc optimum est remedium in affectibus chronicis, malo hypoch. scorbuto, febribus intermittentibus & continuis lentis omnibusque lymphæ per vasa & renes abundantiis; it. in suppressione mensium, deliriis melanchol. & mania. Dos. ℈j.

PARTITIO VI.

De

MAGISTERIIS.

I.

Lac Sulphuris.

℞. 🜍 subtilissimè triti,
⊖ ♀ ana. Liquentur in vase fictili vitreato, hinc coq. in ▽. font. Hanc ▽. filtra per chartam & instilla acetum, sic præcipitabitur ad fundum pulv. albicans, Lac 🜍. dictus.

Ratio procedendi.

Contraria contrariis præcipitantur: quæ Regula in Magisteriorum præparatione potissimum observanda est. Cum igitur ⊖ ♀ sub coctione roserit sibique junxerit 🜍 particulas, hinc illi, ceu alcalino subjecto, menstruum seu potius præcipitans contrarium, sc. acidum, opponendum erat, quod ⊖ ♀ devorando particulas 🜍 à compedibus liberat & separat, quæ sua gravitate fundum petunt. Colorem autem albicantem harum particularum BARNERUS à duplici causâ derivat, primò à salibus, & 2. ab aëre; adeoque Lac vocatur Magisterium, non ratione consistentiæ, sed ratione coloris, quod in inscriptione formularum observandum, ne cum ineptis Candidatis illud pro liquore habeamus.

Usus.

Decantatum est in plurimis affectibus pectoris, tussi, asthmate, phthisi, scabie item & affectibus cutaneis internè & externè. Ast licet non omni virtute balsamica destitutum & ita non omnino pro calce inerte habendum sit, certum tamen est, quod virtus illa maximè castrata sit, adeò ut ʒj. florum 🜍 aut 🜍 com. purioris plus agat, quam ℥j. Magisterii.

Hinc ETTMULLERUS alium, eumq; convenientiorem, habet modum Lac 🜍 absque acido parandi, quando balsamum 🜍 ad extracti consistentiam inspissatum extrahit cum 🜄. rectificato & abhinc præcipitat cum ▽ simplici. Convenit non tantùm in Phthisi, sed & in Peste rotulis præservativis misceri potest. Externè Varos curat & cosmeticum est.

II.

Resina Jalappæ & Scammonei.

℞. Jalapp. aut Scammon. contrit. q. plac. affunde 🜄. rectif. q. s. & extrahetur Resina. Solutioni filtratæ affundatur ▽. com. & Resina fundum petet. Spiritum vini igne lento in Alembico vitreô denuò abstrahere poteris. Postmodum Resina exemta aliquoties lavatur aquâ, priorem rejiciendo & novam affundendo. Denique exsiccatur & usui servatur. Eodem modo proceditur in aliis Resinis parandis.

Ratio procedendi.

Quum Resina horum subjectorum sit naturæ 🜍sæ, hinc per simile menstruum, sc. 🜄. rectificatum extrahenda erat; & cum 🜍o nihil magis sit contrarium quam aqua communis, quæ illi misceri nequit, hinc per hujus affusionem pori in menstruo ampliores redditi solutum amplius continere nequeunt, sed ad fundum secedere permittunt; quod facile in majori copia obtinetur, si Resina in radice jalappæ quodammodo extraversa sit, & splendore se prodat.

Usus

Horum Magisteriorum idem est qui simplicium, hâc tamen cum distinctione, quòd Resina Jalappæ in minore quantitate & fortius, quàm mixtum integrum: Resina Scammonii autem mitius & debilius, quàm mixtum integrum, sub eadem dosi, agant. Quod enim Rad. Jalappæ ℈j efficit, hoc Resin. Jalappæ ℈ß. præstare valet, quæ communis ejus dosis est. Aliter autem res se habet cum Scammonio, quod in substantia vix ultra grana quædam tuto datur, cum tamen Resinæ duplum propinari possit. Rationem in Sal, particulis sulphureis combinatum, rejicit WILLISIUS, quod sub extractione Scammonei maximam ad partem evasisse, in solutione verò Jalappæ permansisse dicit; unde & Resinæ hæ saporem acriorem habentes fortius operari & purgare solent. Conveniunt autem ad eliminandum serum & aquas hydropicorum aliisque in affectibus, à colluvie serosa oriundis.

III.

Magisteria Testaceorum.

℞. Testarum Ostrearum bene lotarum, & in mortar. contus. q. v. & in vase vitreo vel figulino superaffunde 🜊 ⊖ Philosophicum, vel acetum destillatum: Repone in digestionem per biduum vel triduum, donec menstruum particulis solutis probè fuerit imprægnatum, cujus signum est, quando affuso 🜍 ♀. per deliq. solutio lactescit: Tum solutionem filtra & affunde 🜍 ♀. p. d. vel 🜊 ⊖ ✱. & Magisterium testaceum ad fundum præcipitabitur, à liquore ope decantationis separandum.

Ratio procedendi.

Cum corpora ejusmodi testacea ad extractionem propriè sic dictam sint inepta: hinc 🜊 ⊖ Phil. aut ✱ illis affunditur, ut saltem rodat & abradat quasdam illarum particulas. Quamprimùm autem liquor menstruo contrarius, 🜍 ♀. aut 🜊 ⊖ ✱ affunditur, oritur effervescentia atque lucta inter utrumque, sub cujus motu pori solventis majorem nanciscuntur diametrum, adeò, ut particulæ testaceorum abrasæ illis excidant, & ad fundum secedant.

Usus

Horum Magisteriorum nullus aut perquam exiguus est. Cùm enim omnia ejusmodi marina & testacea potissimum acidum absorbendo agant, hinc acido extra corpus humanum imbuta, &, ut loquuntur, saturata, acidum parile in corpore humano oberrans non amplius attingunt. Præstat ergò simplicibus & integris adhuc uti, quàm castratis.

Nec *obstat* ratione Salis, à menstruo illis adhærentis, istis vim quandam saponariam, abstersivam aut deobstruentem competere:

℞. Habemus enim alia detersiva magis tuta, cùm salia à menstruis his quodammodò corrosiva sint; & quia nulla arte omninò possunt elui, hinc mirum non est, quod post usum Magisteriorum illorum, etiam pretiosorum, sc. perlarum & coralliorum, ventriculus quandoque corrosus inventus fuerit.

INDEX

INDEX GENERUM PLANTARUM.

Mya-

F I N I S.

SPHALMATA ILLAPSA.

Pag. 6. Col. 1. lin. 2. *loco verb.* IX. Genera *lege* IX. Sectiones.
Pag. 33. Lin. 7. *loco* Catharctica *lege* Cathæretica.



Carded